panię regionę fames incubuerat magna: quę omnes alimentorum indigentia coangustabat. Jāq; in benedicti monasterio triticum deerat. Panes vo omnes pene consumpti sunt. vt non plusquā quinq; ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cūq; eos venerabilis pater contristatos cerneret: eorū pusillanimitatē studuit modesta increpatione corrigere: & rursus promissione subleuare dicens. Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est: sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinę modij ante fores cellę in saccis inuēti sunt. Quos ops de⁹ qbus deferētibus trāsmisisset nūc vsq; manet icognitum. Quod cū fratres cernerent dn̄o gratias referentes: didicerunt iam de abundātia in egestate nō dubitare. ¶ Petrus.

DIc queso te nunqdnā credēdum est huic dei famulo semp pphetię spūm adesse potuisse: an per interualla tēpoꝝ eius mētē pphetię spūs implebat? ¶ Gregori⁹.

PRophetię spiritus petre prophetarū mentes non semper irradiat, quia si-

cut de spiritu sancto scriptuz est: vbi vult spi
rat: Ita sciendū est: q2 et quando vult aspi
rat. Hinc est enim q nathā a rege requisi
tus: si construere templum debuisset: prius
consensit: et postmoduz prohibuit. Hinc est
q helyseus cuz flentē mulierē cerneret: cau
samq nesciret: ad prohibentez hanc pueruz
dicit. Dimitte eam quia anima eius i ama
ritudine est: et dñs celauit a me: et non indi
cauit mihi. Quod omnipotēs deus ex ma
gne pietatis dispensatione disponit: quia dñi
prophetię spiritū aliquando dat et aliquando
subtrahit: prophetantiū mentes: et eleuat in
celsitudinē: et custodit in humilitate: vt et ac
cipientes spiritū inueniant quid de deo sint: et
rursus prophetię spiritū non habentes. cogno
scant quid sint de semetipsis. ¶ Petrus.

ITa hoc esse vt asseris magna ratio cla
mat. Sed queso de venerabili patre be
nedicto qcqd adhuc aio occurrerit exeqre.

¶ Quomodo monachis ad monasterium
construendum missis in visione apparuit:
et modum et formam quomodo ↄstrui op9
esset designauit. Capi. xxv. Grego.

ALio quoq tpe a quodam fideli viro

rogatus fuerat:vt eius pꝛedio iuxta terra cinensem vꝛbē missis discipulis suis ꝯstrue re monasteriū debuisset. Qui roganti cōsen tiens. deputatis fratribus: patrē ꝯstituit ⁊ quis ei secundus esset oꝛdinauit. Quibus euntibus spopondit dicēs. ite ⁊ die illo ego venio: ⁊ ostendā vobis quo in loco oꝛatoꝛiū: in quo loco refectoꝛiū fratrū: in quo suscep tionē hospitū: vel queqꝫ sunt necessaria ędi ficare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerūt: Et ꝯstitutū diem magno pere pręstolantes: parauerunt oia quę his qui cū tanto patre venire potuissent videbā tur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies: eidem seruo dei quē illic patrem ꝯstituerat: atqꝫ eius prępo sito: vir dn̄i i somnis apparuit: ⁊ loca singu la vbi quid ędificare debuissent subtiliter designauit. Cumqꝫ vtriqꝫ a sōno surgerent: sibi inuicem qđ viderant retulerunt. Non tamen visioni illi fidem omnino dantes: vi rum dei sicut se venire promiserat expecta bant. Cumqꝫ vir dei constituta die minime venisset: ad eum cū meroꝛe reuersi sunt di centes expectauimus pater vt venires sicut

promiseras: et nobis ostenderes vbi quid edificare deberemus: et nō venisti. Quibus ipse ait: quare fratres: quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non veni? cui cum ipsi dicerent: quādo venisti? respōdit. Nunquid vtrisque vobis dormientibus non apparui: et loca singula designaui? Ite et sicut per visionem audistis omne habitaculum monasterij ita construite. Qui hec audientes vehemēter admirati: ad pdictū pdium sunt reuersi: et cūcta habitacula sicut ex reuelatiōe didicerāt ɔstruxerūt. ¶ Petrus

Doceri velim quo fieri ordine potuit: vt longe iret: responsum dormientib' diceret: quod ipsi per reuelationē audirent et cognoscerent. ¶ Gregorius.

Quid est q perscrutans rei geste ordinem ambigis petre? Liquet profecto quia mobilioris nature est spiritus: q corpus. Et certe scriptura testante nouimus: q propheta ex iudea subleuatus: repente est cum prādio in chaldea depositus. Quo videlicet prandio prophetam refecit: seque repente in iudea iterum inuenit. Si igitur tam longe abachuc potuit sub momento corpalr


to corporaliter ire: et prandium deferre. quid mirum si benedictus pater obtinuit: quatinus iret per spiritum: et fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret? Et sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit: ita iste ad institutionem spiritalis vitę spiritaliter pergeret. ❡ Petrus.

Manus tuę locutionis tersit a me fate or dubietatē mentis. Sed velim nosse in cōmuni locutione qualis iste vir fuerit.

❡ Quomodo sub anathemate comminatus est duabus religiosis feminis nisi continuissent linguam maledictam.

Capitulum. xxvj. ❡ Gregorius.

Vix ipsa petre cōmunis eius locutio a virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat: nequaq̃ verba de ore illius incassum cadebant. Si quid vero vnq̃ non iam decernendo: sed minando diceret: tātas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie atq̃ suspense: sed iam per sentētiam protulisset. Nam nō longe ab eius monasterio duę quędam sanctimoniales feminę. nobiliori genere exorte: in loco proprio conuersabantur: quibus q̃dam



religiosus vir ad exteriozis vitę vsum prę-
bebat obsequiuz. Sicut nonnullis solet no
bilitas generis parere ignobilitatem men
tis: vt minus se in hoc mundo despiciant: q
plus se ceteris aliquid fuisse meminerunt
nec dum predictę sanctimoniales feminę
pfecte liguā sub habitus sui freno restrin-
xerant ⁊ eundem religiosum virum qui ad
exterioza ministeria necessaria eis obsega
pzębebat: incautis sepe sermonibus ad ira
cundiam pzouocabāt. Quod cuz diu ista
toleraret: perrexit ad dei hominem quan-
tasq; pateretur verbozū contumelias enar
rauit. Vir autez dei hec de illis audiēs eis
pzotinus mandauit dicens cozrigite linguā
vestram: quia si non emendaueritis ex-
communico vos. Quam videlicet excōmu-
nicationis sententiam non pzoferendo intu
lit: sed intentando. Ille autē a pzistinis mo
ribus nihil mutāte intra paucos dies de-
functę sunt atq; in ecclesia sepultę Cunq;
in eadem ecclesia missarum solemnia cele-
bzarētur: atq; ex moze diaconus clamarēt
siquis non cōmunicat det locum: nutrix ea
rum que pzo eis oblationem domino offer

re consueuerat: eas de sepulchris suis pro/gredi et exire ecclesiam videbat. Quod dum sepius cerneret: quia ad vocem diaconi clamātis exibant foras atque intra ecclesiā permanere non poterant ad memoriā rediit. que vir dei illis adhuc viuentibus mādauit. Eas quippe se communione priuare dixerat: nisi mores suos et verba corrigerent. Tūc seruo dei cum graui merore indicatum est: Qui protinus manu sua oblationem dedit dicens. Ite et hanc oblationem pro eis offer/ri domino facite et vlterius excōmunicate nō erunt. Que dum oblatio pro eis fuisset immolata: et a diacone iuxta morem clamatum est vt non cōmunicantes ab ecclesia exirent: ille exire ab ecclesia vlterius vise non sunt. Qua ex re indubitanter patuit quia dum inter eos qui cōmunione priuati sunt mi/nime recederent cōmunionem a domino per seruum domini recepissent. Petrus.

Mirum valde quamuis venerabilem et sanctissimum virum adhuc tamen in hac corruptibili carne degentem potuisse animas soluere in illo iam iudicio inuisibili constitutas. Gregor.

NUnquid nam petre in hac adhuc car ne nō erat:qui audiebat.q̄dcūq̧ liga ueris sup terram:erit ligatum ꝛ in celis:ꝛ quę solueris sup terram soluta erunt ꝛ in celis? Cuius nūc vicem ꝛ ligando ꝛ soluē do optinent:qui locum sancti regiminis fi de ꝛ moribus tenent: Sed vt tāta valeat ho mo de terra:celi ꝛ terre conditor in terram venit e celo:atq̧ vt iudicare caro etiā de spi ritibus possit:hoc ei largiri dignat⁹ est pro hoibus deus caro fact⁹:q2 inde surrexit vl tra se infirmitas nr̄a. vnde sub se infirma ta est firmitas dei. ¶ Petrus.

CUm virtute signorum concorditer lo quitur ratio verborum.

¶ Qualiter apportari precepit sacrosan ctuz domini corpus ꝛ imponi super corpus monachi defuncti quod terra ipsa non su stinebat. Capitulum.xxvij. ¶ Gregorius.

27 QUadam quoq̧ die dum quidā eius puerulus monachus parentes suos vltra quam debebat diligens:atq̧ ad eoruz habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exisset.eo die vt ad eos perue nit defunctus est. Cūq3 eēt sepultus die al

tero: proiectum foras corpus eius inuētum est. Quod rursus tradere sepulturę curauerunt: sed sequenti die iterum proiectum exterius: atq; exhumatum sicut prius inuenerūt. Tunc concite ad benedicti patris vestigia currentes: cum magno fletu petierunt: vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir dei manu sua protinus cō munionem dominici corporis dedit dicens. ite atq; hoc dominicuȝ corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite: eumq; sepulturę tradite. Quod cum factum fuisset susceptum corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpendis petre apud iesum christum dominum cuius meriti iste vir fuerit: vt eius corpus etiam terra proijceret. ¶ Petrus.

PErpēdo plane & vehementer stupeo.

¶ De monacho eius: qui dū fugeret de monasterio: draco teterrimus in medio vię se ei opposuit. Capitulum. xxviij.

QUidam autem eius monachus mobilitati mentem dederat: & permanere in monasterio nolebat. Cūq; euȝ vir dei assidue corriperet: frequenter admoneret

proijci corp9

ipse vero nullo modo consentiret in ꝯgrega
tione persistere atqꝫ importunis precibus
vt relaxaretur immineret quadā die idem
venerabilis pater nimietatis eius tedio af-
fectus: iratus iussit vt discederet. Qui mox
vt monasterium exijt contra se assistere ap
to ore draconem in itinere inuenit: Cumqꝫ
eum idem draco qui apparuerat deuorare
vellet cepit ipse tremēs & palpitans magnis
vocibus clamare dicens Currite currite qꝛ
draco iste me deuorare vult. Currentes au-
tem fratres draconem minime viderunt sꝫ
trementē atqꝫ palpitantem monachum ad
monasterium eduxerunt. Qui statim pro
misit nunqꝫ se esse iam de monasterio re-
cessurum: atqꝫ ex hora eadē in sua promissi
one permansit. Quippe qui sancti viri ora-
tionibus contra se asistere draconem vide
rat quem prius non videndo sequebatur.

¶ Quemadmodum infantem elefantino
laborantem morbo sanauit. Ca. xxix.

SEd neqꝫ hoc silendum puto. quod il-
lustri viro abdonio narrāte cognoui. Qui
aiebat patris sui. puerum morbo elefantio
fuisse correptum ita vt iam pilis cadentib⁹

cutis intumesceret atq3 increscēte sanie oc/
cultari non posset Qui ad virum dei ab eo
dem patre eius missus est. ⁊ saluti pristinę
sub omni celeritate restitutus est.

Quō iuēta miraculose pecunia honestū quēdā a debitoris exactōe leuauit. Ca. xxx.

Neq3 illud taceam qđ eius discipul⁹ peregrin⁹ noie narrare ꝯsueuerat q2 die quadam necessitate debiti compulsus: vnum sibi fore remedium credidit: si ad virum dei pergeret: ⁊ que eum vrgeret debiti necessitas indicaret. venit itaq3 ad monasterium: omnipotentis dei famulu3 repperit: quia a creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur indicauit Cui venerabilis pater nequaq̄3 se habere duodeci3 solidos respondit sed tamen eius inopia3 blāda locutione consolatus ait. Vade ⁊ post biduum reuertere quia deest hodie qđ tibi debeam dare. In ipso autē biduo more suo in oratiōe fuit occupatus Cū die tertio is q necessitate debiti affligebat redijt: sup arcā vero monasterij quę erat frumēto plena subito tredeci solidi sunt inuenti. Quos vir dei deferri iussit. et afflicto pectori

sanat

30

Pecunia inuenit

tribuit dices: vt duodecim redderet: et vnū in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nūc redeam: que eius discipulis in libri huius exordio predictis referentibus agnoui.

¶ Quonā pacto quēdā qui venenū ebiberat sanū et liberū reddit. Ca.xxxj. ¶ Greg.

31 Quidā vir grauissima aduersarij sui emulatione laborabat. Cuius ad hoc vsq; odium prorūpit vt ei nescienti in potum venenum daret. Qui quāuis vitā auferre non valuit: cutis tamen colorem mutauit: ita vt diffusa in corpore eius varietas lepre morē imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus: salutem pristinam citius recepit. Nam mox vt eum contigit: omnem cutis illius varietatem fugauit.

¶ Quomodo vitreum oleo plenum per fenestram precipitari iussit: et illesū est cōmpertum. Capitulum.xxxij.

32 Eo quoq; tēpore quo alimentorū inopia cāpaniam grauiter affligebat: vir dei diuersis indigētibus monasterij sui cūcta tribuerat: vt pene nihil in cellario nisi parum qd olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidā subdiaconus agapitus noīe

aduenit:magnope postulans vt sibi aliquā tulū oleum dare debuisset. Vir aūt dñi qui cūcta decreuerat in terra tribuere: vt in celo oia reseruaret. hoc ipsum parū qd remāserat olei iussit petēti dari. Monachus vo qui cellariū tenebat: audiuit quidem iubētis verba: sed iplere distulit. Cūq3 post paululū si id qd iusserat datū esset inquireret: rñdit monachus se minime dedisse: q2 si illud ei tribueret oino fratribus nihil remaneret. Tūc iratus aliis precepit: vt hoc ipm vas vitreū in quo parū olei remansisse videbatur per fenestras piicerent: ne in cella aliquid per inobediētiam remaneret. Factum est ita. Sub fenestra autem eadē ingens precipitium patebat, saxorū molibus aspersum. Proiectum itaq3 vas vitreū venit in saxis: sed sic māsit incolume: ac si proiectum minime fuisset: ita vt neq3 frangi neq3 oleū effundi potuisset. Quod vir dei precepit leuari: atq3 vt erat integrum petenti tribuit. Tunc collectis fratribus inobedientem monachū de infidelitate sua et superbia coram omnibus increpauit.

¶ Quēadmodū ex vase vacuo fecit orādo

proijcit

33 vt exuberaret oleuz abundāter. Ca.xxxiij.

Qua increpatione completa.sese cum hisdem fratribus in orationem dedit In eo autem loco vbi cū fratribus orabat: vacuum erat ab oleo doliū & coopertū. Cuz qꝫ sanctus vir in oratōe persisteret: cepit operimentum eiusdē dolij oleo excrescente sub leuari. Quo cōmoto atqꝫ subleuato oleum qđ excreuerat ora dolei trāsiens: pauimētū loci in quo incubuerant inundabat. Qđ benedictus dei famulus vt aspexit: ꝓtinus orationem compleuit: atqꝫ in pauimentū oleuz fluere cessauit. Tunc diffidentē inobedientemqꝫ fratrem latius admonuit: vt fidem habere disceret & humilitatem. Idem vero frater salubriter correptus erubuit: qꝛ venerabilis pater virtutem oipotentis dñi quaz admonitione intimauerat: miraculis ostēdebat. Nec erat iā vt quisqꝫ de eius promissionibus dubitare posset: qꝛ in vno eodēqꝫ momento pro vitreo vase pene vacuo: plenū oleo dolium reddidisset.

34 ¶ Quo pacto monachū a demone possessū

vgulti [illegible] sanū reddidit. C.xxxiiij.

Quadā die cū ad bti iohānis oratoriū

qd in ipsa montis celsitudine positū est per
geret: ei antiqu⁹ hostis in mulo medici spe
cie obuiā factus est: cornu ⁊ tripediā ferēs.
Quem cū eū requisisset dicens. quo vadis?
ille respondit. Ecce ad fratres vado: potio
nem eis dare. Itaqꝫ perrexit venerabilis be
nedictus ad orationē: qua completa conci
tus rediјt. Malignus vero spūs vnū senio
rem monachū inuenit aquā haurientē: in
quem statim ingressus est: eumqꝫ in terraꝫ
proiecit ⁊ vehementissime vexauit. Quē cū
vir dei ab oratione rediens tam crudeliter
vexari conspiceret: ei solummodo alapam
dedit: ⁊ malignū ab eo spiritū protinus ex
cussit: ita vt ad eum redire vlterius non au
deret.

¶ Petrus

Velim nosce si hec tanta miracula vir
tute semper orationis impetrabat: an
aliqn̄ etiā solo voluntatis exhibebat nutu
¶ Qualr rusticū victū miserabilit̄ aspiciē
do solū ei⁹ vincula dissoluit. C. xxxv. ¶ Gre.

Qui deuota mente deo adherēt: cū rerꝫ
necessitas exposcit. exhibere signa mō
vtroqꝫ solēt: vt mira q̄qꝫ aliqn̄ ex pce faciāt
aliqn̄ ex potestate. Cū eni ioānes dicat quot

liberat
35

quot aũt receperunt eu3:dedit eis potestatẽ fi
lios dei fieri:qui filij dei ex ptāte sunt:quid
mirũ si signa facere ex ptāte valent? Quia
eni vtroqꝫ modo miracula exhibeāt:testat
petrus:qui tabitā mortuā orādo suscitauit
ananiā vo ꝛ saphyrā mētiētes morti incre
pādo tradidit. Neqꝫ enim eũ orasse in eoꝝ
extinctõe legit.sed solũmodo culpā quā ꝑ
petrauerāt increpasse. Cõstat ergo qꝛ aliqñ
hec ex potestate:aliqñ vo exhibent ex postu
latione.du3 ꝛ istis vitā increpādo abstulit:
ꝛ illi reddidit orādo. ¶ Miraculum.

Nam duo quoqꝫ fidelis dei famuli be
nedicti facta nũc replico:in qbus ap
te clareat aliud hũc accepta diuinit⁹ ex po
testate:aliud ex oratione potuisse. Gothoꝝ
quidam Zalla noie perfidie fuit arriane.
Qui totile regis coꝝ tēporibus ꝯtra catho
licos ecclesie religiosos viros ardore imma
nissime crudelitatis exarsit: ita vt quisqs
ei clericus monachusue ante faciem venis
set:ab eius manib⁹ viuus nullo modo exi
ret. Quadam vo die auaritie sue estu suc
census in rapinā reru3 inhians:dum quē
dam rusticum tormentis crudelibus affli

geret: eu̅q3 per supplicia diuersa laniaret
victus penis rusticus sese res suas benedi
cto dei famulo co̅mendasse professus est: vt
dum hoc a torque̅te creditur: suspensa inte-
rim crudelitate: ad vita̅ horę rapperentur.
Tu̅c idem Zalla cessauit rusticum tormen
tis affligere: sed eius brachia Loris forti-
bus astringens. ante equum suu̅ cepit impel
lere: vt qs esset bn̄dictus qui eius res susce
perat demo̅straret. Quęm ligatis brachiis
rusticus antecede̅s: duxit ad sancti viri mo
nasterium: eu̅q3 ante ingressum cellę soluz
sedente̅ reppit et lege̅tem. Eidem au̅t sub-
seque̅ti et seuienti Zallę rusticus dixit. Ec
ce iste est de quo dixeram bn̄dictus pater.
Que̅ dum feruido spiritu cum puersę me̅
tis insania fuisset intuitus: eo terrore quo
consueuerat acturum se existimans: magnis
cepit vocibus clamare dicens. Surge sur-
ge et res istius rustici redde quas accepi-
sti: ad cuius vocem vir dei protinus oculos
leuauit a lectione: eu̅q3 intuitus mox etiam
rusticum qui ligatus tenebatur attendit.
Ad cuius brachia dum oculos deflexisset:
miro modo tanta celeritate ceperu̅t illiga-

Quadā die cū fratribus ad agri ope-
ra fuerat egressus: quidā vero rusti
cus defuncti filij corpus in vlnis ferens or-
bitatis luctu estuans: ad monasteriū venit:
benedictū patrem quesiuit. Cui cum dictū
esset: q2 idem pater cum fratribus in agro
moraretur: protin⁹ ante monasterij ianuā
corpus extincti filij proiecit: 7 dolore turba
tus ad inueniendum venerabilem patrē:
se ɔcitus in cursum dedit. Eadem vero ho
ra vir dei ab agri opere iam cū fratribus re
uertebatur: quem mox vt orbatus rusticus
aspexit: clamare cepit. redde filium meum
redde filium meū. Uir autē dei in hac vo
ce substitit dicens. Nunquid ego tibi filiū
tuū abstuli? Cui ille rñdit Mortu⁹ ē veni re
suscita eū. Qd mox vt dei famul⁹ audiuit:
valde ɔtristat⁹ ē dicēs. Recedite frēs rece
dite: hec nrā ñ sūt s3 scōꝝ aplōꝝ sūt. Quid
nobis onera vultis imponere: que nō possu
mus portare? At ille quē nimi⁹ cogebat do
lor in sua petitiōe ɔstitit: iurās q3 nō recede
ret nisi eius filiū resuscitaret. Quē mox dei
famulus inquisiuit dicens vbi est? Cui ille
rñdit. Ecce corpus ei⁹ ad ianuā monasterij

iacet. Ubi dum vir dei cum fr̄ibus venisset flexit genua: et super corpusculum infantis incubuit: seseq; erigens ad celum palmas tetendit dicens. Dn̄e non aspicias peccata mea: sed fidē hōis huius: qui resuscitari filium suū rogat: et redde in hoc corpusculo aīaʒ quā abstulisti. Vix in orōne verba cōpleuerat: et regrediēte aīa sua corpusculum pueri omne contremuit: vt sub oculis omniū qui aderāt apparuerit: percussione mirifica: tremēdo palpitasse. Cuius mox manuʒ tenuit et eum patri viuentē atq; incolumē reddit. Liquet petre quia hoc miraculū in potestate nō habuit. qd̄ prostratus petijt: vt exhibere potuisset. ¶ Petrus.

Sic cuncta esse vt asseris constat patēter qz verba que proposueras rebus probas. Sed queso te indices: si sancti viri oīa que volunt possunt: et cūcta impetrant que desiderant obtinere. ¶ Gregorius.

Quisnam erit petre in hac vita paulo sublimior qui de carnis sue stimulo ter dn̄m rogauit: et tn̄ qd̄ voluit obtinē non valuit? Ex qua re necesse est. vt tibi de venerabili patre bn̄dicto narrem: qz fuit qddā qd̄ voluit

resuscitatur

quod voluit sed non valuit implere.

¶ Hic incipit vita ⁊ transitus sanctę Scolasticę virginis. scilicet sororis suę ⁊ quomodo oratu intētissimo largissimas induxit pluuias. Cap.xxxvij.

Soror namq; beatissimi benedicti scolastica nomine: omnipotenti domino ab ipso infantię tempore dedicata. ad eum semel per annū venire consueuerat ad quā vir dei non longe extra ianuam ī possessione monasterij descendebat. Quadam vero die venit ex more atq; ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater. Qui totum diem in dei laudibus sacrisq; colloquijs ducētes incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cunq; adhuc ad mēsam sederent: ⁊ inter sacra colloquia tardior se hora protraheret eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogauit dicens. Queso te frater vt ista nocte me nō deseras vt vsq; mane aliquid de celestis vitę gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est ꝙ loqueris soror? manere extra cellam nullatenus possū. Tanta vero erat cęli serenitas vt nulla in aere nubes appareret. Sāctimo

nialis autem femina cum verba fratris ne
gantis audisset: insertas digitis manus sup
mensam posuit: et caput in manibus omni-
potentem dnm rogatura declinauit. Cum-
que leuaret de mensa caput: tāta coruscatio
nis et tonitrui virtus tantaque inundatio plu
uię erupit. vt neque venerabilis benedictus
neque fratres qui cū eo aderant. extra loci li
men quo consederant: pedem mouere potuis
sent. Sanctimonialis quippe femina. caput
in manibus declinans: lachrymarum flu-
uium in mensam fuderat: per quas sereni-
tatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo
tardius post orationem inundatio illa secu
ta est. Sed tanta fuit conueniētia orationis
et inundationis: vt de mensa iam caput cum
tonitruo leuaret quatenus vnū idemque esset
momentum: et leuare caput et pluuiam depo
nere. Tunc vir dei inter coruscatōes et toni
trua: atque ingentis pluuie inundationem: vi-
dens se ad monasterium non posse remeare
cepit conqueri contristatus dicens: parcat
tibi omnipotens deus soror: quid est qd fe-
cisti? Cui illa respondit. Ecce rogaui te: et
exaudire me noluisti, rogaui deum meum et

exaudiuit me. Modo ergo si potes egrede
re: ⁊ me dimissa ad mon asteriū recede. Ip
se autem exire extra tectum non valens: qui
remanere sponte noluit in loco: mãsit inui
tus. Sicqȝ factum est. vt totam noctem per
uigilem ducerent: atqȝ per sacra spiritalis
vitę colloquia. sese vicaria relatiōe saciarēt:
Qua de re dixi euȝ voluisse aliquid: sed mi
nime potuisse. qꝛ si venerabilis viri menteȝ
aspicimus: dubiū non est: ꝙ eandem sereni
tatem voluerit in qua descenderat: perma
nere. Sed cōtra hoc qđ voluit in virtute om
nipotentis dei ex feminę pectore miraculū
venit. Nec mirum ꝙ plus illo femina que
diu fratrem videre cupiebat in eodē tēpore
valuit. Quia enim iuxta iohannis vocē de⁹
caritas est. iusto valde iudicio illa plus po
tuit. que amplius amauit. ❡ Petrus.

RAteor multum placere quod dicis.

❡ De eo ꝙ sororis eius scolasticę ani
mam vidit in modū columbę in celum ten
dentem. Ca. xxxviij. ❡ Grego.

CUmqȝ die altero eadem venerabilis
femina ad cellam propriam recessisset:
vir dei ad monasterium rediit. Cū ecce post

triduū in cella ꝯsistēs:eleuatis i aere oculis vidit eiusdem sororis sue animam de eius corpore egressā in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens:omnipotēti deo in hymnis ꝛ laudibꝰ gratias reddidit eiusqꝫ obitū fratribus denunciauit. Quos etiā protinus misit vt eiꝰ corpus ad monasteriū deferrēt atqꝫ in sepulchro quod sibi ipsi preparauerat ponerent. Quo facto cōtigit: vt quorum mens vna sēper in deo fuerat eorum quoqꝫ corpora nec sepultura separaret.

¶ Explicit de sancta scolastica. ¶ Quomodo mundum vniuersum in vnius solaris radij splendore conspexit. Cap.xxxix.

39 Alio quoqꝫ tēpore seruā. ¶ Gregorius. dus diaconus atqꝫ abbas eius monasterij qđ in campanie partibus a liberio quondam patricio fuerat constructū ad eū visitationis gratia ex more conuenerat. Eiꝰ quippe monasterium frequentabat vt quia idem quoqꝫ vir doctrina gratie celestis affluebat:dulcia sibi inuicem vite verba transfunderent: ꝛ suauem cibum celestis patrie quia adhuc perfecte gaudendo non poterāt

saltim suspirando gustarent. Cum vero ho
ra iaȝ quietis exigeret vt membra sopori da
ri debuissent in cuiusdā turris superiorib⁹
se venerabilis benedictus: in eius quoqȝ in-
ferioribus se seruandus diaconus colloca
uit: quo.vȝ.i. loco iferiora superioribus par
uus continuabat ascensus. Ante eandem ve
ro turrem: largius erat habitaculuȝ in quo
vtriusqȝ discipuli quiescebant. Cūqȝ vir do
mini benedictus adhuc quiescentibus fra-
tribus instans vigilijs nocturne orationis
tépora preuenisset: ad fenestram stans: ꝛ om
nipotenté dominum deprecans subito in tē-
pesta noctis hora respiciens: vidit fusam lu
cem desuper cunctas noctis tenebras exfu-
gasse tantoqȝ splendore clarescere: vt dieȝ vi
ceret lux illa que in tenebris radiasset. Mi
ra auteȝ valde res speculatione secuta est: qꝛ
sicut post ipse narrauit: omnis etiam mū-
dus velut sub vno solis radio collectus an-
te oculos eius adductus est. Qui venerabi-
lis pater dum intentam oculorum aciem in
hoc splendore corusce lucis infigeret vidit
germani capuani episcopi animam in spera
ignea ab angelis in celum deferri. Tunc tā-

ti sibi testē volens adhibere miraculi: seruā dum diaconem iterato bis terq; eius noīe cuz clamoris magnitudine vocauit. Cunq; ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus: ascendit respexit partēq; iam lucis exiguam vidit. Cui tanto hoc obstupescenti miraculo: vir dei per ordinem quę fuerant gesta narrauit. Statimq; in casinum castruz religioso viro theoprobo mandauit vt ad capuanā vrbē sub eadē nocte trāsmitteret & qd de germāo epo ageret agnosceret & idicaret. Factūq; est & reuerendissimū virū germanuz epm is qui missus fuerat iam defunctū reperiret & requirens subtiliter agnouit eodē momēto fuisse illius obitum quo vir dñi ci⁹ agnouit ascensuz ¶ Petrus

Mira res valde & vehemētrr stupenda Sz hoc qđ dictū est. q? añ oculos ipsius q̄si sub vno solis radio. collectus oīs mūdus adduct⁹ ē: sicut nunq; expertus suz. ita nec cōiicere scio quo ordine fieri potest vt mūd⁹ oīs ab hoīe vno videaī. ¶ Gre.

Mirū tene petre qđ loquor: quia anime vidēti creatorē angusta ē oīs creatura. Quātulibz eni pap de luce creatoris aspe-

xerit breue fit ei oẽ qđ creatũ ẽ. qr ipa luce visiõis itimę mẽtis laxať sin⁹ tmq3 expãdiť in deo vt superior existat mũdo. Fit vero ipsius vidẽtis aia etiã sup semetipam. Cumq3 i dei lumine rapiť sup se i interiorib⁹ amplia tur τ cũ sub se ꝯspicit exaltata cõphendit ꝙ̃ breue sit. q̃ cõphẽdere humiliata non poterat. Uir ergo q intueri globũ igneũ: an gelos quoq3 ad celos redeũtes videbat. hec ꝓculdubio cernere nõ nisi in đi lumie pote rat. Quid itaq3 mirũ si mũdũ añ se collectu3 vidit q sublevatus i mẽtis lumie extra mũ dũ fuit? Quod aũt collectus mũdus añ ei⁹ oculos dr̃: nõ cęlũ τ terra ꝯcta sunt sed vidẽ tis aius dilatatus: q i đo raptus videre sine difficultate potuit oẽ qđ infra deum est. In illa ergo luce q̃ exterioribus oc̃lis fulxit lux interior in mẽte fuit q̃ videntis aium qr ad superiora rapuit ei ꝙ̃ angusta essent oĩa in feriora monstrauit. ℭ Petrus.

Ideo mihi vtiliter non intellexisse q̃ dixeras: quando ex tarditate mea tan tu3 creuit expositio tua. Sed quia hec liquĩ de meis sensibus infudisti. quęso vt ad nar rationis ordinẽ redeas.

¶ Quemadmodum regulam monachorũ di pcipuã scitate pscripsit. Ca. xl. ¶ Greg.

Libet petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare: sed quedã eius studiose pretereo. quia ad aliorum gesta voluẽda festino. Hoc autem nolo te lateat q vir dei inter tot miracula quibus in mũdo claruit: doctrine quoqꝫ verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretione precipuam: sermone luculentam Cuiꝰ siquis velit subtilius mores vitamqꝫ cognoscere: potest in eadẽ institutione regule omnis magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere: qꝫ vixit.

¶ Quomodo mortis sue diẽ prenunciauit pñtibus ꝛ absentibus discipulis. Ca. xlj.

Eodez vero anno quo de hac vita erat exiturus. quibusdam discipulis secũ conuersantibus: quibusdam longe manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diẽ. Presentibus indicens: vt audita per silentiũ tegerent: absentibus idicans qd vel qualé signum eis fieret: quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum sui vero exitus

diez aperiri sibi sepulturã iubet. Qui mox correptus febribus: acri cepit ardore fatigari. Cunctis per dies singulos languor ingra uesceret. sexto die portari se in oratoriũ a discipulis fecit. ibique exitum suum dñici corporis et sanguinis perceptiõe muniuit: atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans: erectis in celuz manibus stetit: et vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Qua. s. die duobus de eo fratribus vni in cella commoranti. alteri autem longius posito reuelatio vni⁹ atque indissimilis visionis apparuit. Viderũt namque quia strata pallijs: atque innumeris corrusca lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in cęlum vsque tendebatur. Cui venerãdo habitu vir desuper clarus assistẽs: cui⁹ esset via quã cernerent inquisiuit. Illi autẽ se nescire ꝓfessi sunt. Quibus ipse ait. Hęc est via qua dilectus dño cęlum benedictus ascẽdit. Tunc itaqz sci viri obituz sicut pñtes discipuli viderunt: ita absentes ex signo qđ eis ꝑdictũ fuerat agnouerũt. Sepult⁹ vero ẽ in oratorio bti ioãnis baptiste qđ destructa ara appollinis ipe ꝯstruxit. Qui et in eo

specu in quo prius sublatus habitauit nūc vs
q3 si petētiū fides exigat. miraculis coruscat
¶ Qualiter quędam vesana & mēte capta
mulier in specu sancti benedicti per noctē
quiescens restituta ē mēti integrę. Ca.xlij.

Nuper namq3 est res gesta quam narro. quia quędam mulier mente capta: dum sensu3 funditus perdidisset: per mōtes & valles & siluas & campos die noctuq3 vagabatur ibiq3 tantummodo quiescebat vbi hanc quiescere lassitudo coegisset.

Quadam vero die du3 insana femina vaga nimiu3 erraret: ad beati viri benedicti patris specu3 deuenit. ibiq3 nesciēs ingressa mansit: Facto autē mane. ita sanato sensu egressa est. ac si eam nunq̄ insania capitis vlla tenuisset. Quę omni vitę suę tempore in eadem quam acceperat sanitate permansit. ¶ Petrus.

Quid namq3 esse dicimus qđ plerūq3 in ipsis quoq3 patrocinijs martyru3 sic esse sentimus vt non tanta per sua corpora quanta beneficia per reliquias ostendant atq3 illic maiora signa faciant vbi minime per semetipsos iacent. ¶ Gregorius.

VBi in suis corporibus sancti martyres iacent dubium petre non est q̄ multa valeant signa mõstrare: sicut ꝛ faciũt ꝛ pura mente querentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari: vtrum ne ad exaudiendum ibi presentes sint vbi constat quia in suis corporibus non sint. ibi eos necesse ē maiora signa ostendere vbi de corꝫ presentia potest mens infirma dubitare. Quorum vero mens in deo fixa est. tanto magis habet fidei meritum: quanto illic eos nouit ꝛ non iacere corpore: ꝛ tamen non deesse ab exauditione. Unde ipsa quoqꝫ veritas. vt fidem discipulis augeret dixit: si nõ abiero. paraclitus nõ veniet ad vos. Cũ enim constet quia paraclitus spiritus ex patre semper procedat ꝛ filio cur se fili⁹ recessurum dicit vt ille veniat. qui a filio nunq̄ꝫ recedit? Sed quia discipuli ĩ carne dominũ cernentes: corporeis hunc semper oculis videre sitiebant. recte eis dicitur nisi ego abiero paraclitus non veniet: ac si aperte diceretur. Si corpus non subtraho: qui sit amor spiritus non ostendo. Et nisi me desierit[illegible]

corporaliter cernere: nunquam me discitis spiritualiter amare. ¶ Petrus

¶ Placet quod dicis. ¶ Grego.

ALiquantum iam a locutione cessandum est: vt si ad aliorum miracula enarranda tendimus loquendi vires interim per silentium reparemus.

¶ Explicit secundus liber Dyalogorum beati Gregorij pape de vita et miraculis beatissimi patris benedicti abbatis.

✝ a e i o u

dominus iesus







·S· PLACIDVS
S·BENE DICTVS
S MAVRVS
AVS CVL TA
FILI PRE CEP





¶ In nomine domini no-
stri Jesu christi. incipit
prologus regule sanctissi-
mi patris nostri Benedi
cti abbatis eximij confes-
soris patris monachorū.



Ausculta o
fili pcepta
magistri: ꝛ
inclina au-
rem cordis
tui ꝛ admo
nitionem pij patris liben
ter excipe: ꝛ efficaciter cō
ple: vt ad eum per obedi-
entie laborem redeas: a
quo per inobedientie de
sidiaz recesseras. Ad tecr





go nūc meus sermo dirigitur: quisquis ab renuncians proprijs voluntatibus domino christo vero regi militaturus obedientie fortissima atqꝫ preclara arma assumis. In primis vt quicquid agenduz inchoas boni ab eo perfici instantissima oratiōe deposcas. Ut qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare non debeat aliquando de malis actibus nostris contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parēduz est vt non soluz vt iratus pater suos nō aliquando filios exheredet: sed nec vt metuendus dominus irritatus malis nostris vt nequissimos seruos ꝑpetuā tradat ad pęnam qui eum noluerint sequi ad gloriam

Exsurgamus ergo tandem aliquando excitante nos scriptura ac dicēte. Hora est iam nos de somno surgere Et apertis oculis nostris ad deificum lumen attonitis aurib' audiamus diuina quotidie clamans quid nos amoneat vox dicēs. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Et iterū. Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et quid dicit: Uenite filij audite me timorem

domini docebo vos. Currite dum lumen vi-
te habetis ne tenebre mortis vos comprehē
dant. Et querens dominus in multitudine
populi sui cui hec clamat operarium suum
iterum dicit. Quis est homo qui vult vitã
et cupit dies videre bonos: Quod si tu audi
ens respōdeas: ego: dicit tibi deus. Si vis ha-
bere verã et perpetuam vitam prohibe lin-
guam tuam a malo. et labia tua ne loquan-
tur dolum: diuerte a malo et fac bonum: in-
quire pacem et sequere eam. Et cum hec fe-
ceritis oculi mei super vos: et aures mee ad
preces vestras. Et antequam me inuocetis dicã
ecce adsum. Quid dulcius nobis hac voce do
mini iuitantis nos fratres charissimi? Ec-
ce pietate sua demonstrat nobis dominus
viam vite.

Succinctis ergo fide vel obseruantia
bonorum actuum lumbis nostris: et cal-
ciatis in preparatione euangelij pacis pedi-
bus pergamus itinera eius vt mereamur
eum qui nos vocauit in regno suo videre. In
cuius regni tabernaculo si volumus habi-
tare nisi illuc bonis actibus currendo mini
me peruenitur. Sed interrogemus cum pro

pheta dominum dicentes ei. Domine quis
habitabit in tabernaculo tuo: aut quis re
quiescet in monte sancto tuo? Post hanc in
terrogationem fratres audiamus dominum
respondentem et ostendentem nobis viam ip
sius tabernaculi; et dicentem. Qui ingredit
sine macula et operatur iustitiam. Qui lo-
quitur veritatem in corde suo: qui non egit
dolum in lingua sua: qui non fecit proximo
suo malum. et obprobrium nō accipit aduer
sus proximum suum. Qui malignum dia-
bolum aliqua suadentē sibi cum ipsa suasio
ne sua a conspectibus cordis sui respuens de
duxit ad nihilum: et paruulos cogitatus eius
tenuit et allisit ad Christum.
Qui timēt dominum de bona obseruan
tia sua non se reddunt elatos sed ipsa in se
bona non a se posse sed a domino fieri existi
mantes: operantem in se dominum magnifi
cant: illud cum propheta dicentes. Non
nobis domine non nobis: sed nomini tuo da
gloriam. Sicut nec paulus apostolus de pre
dicatione sua sibi aliquid imputauit dicens
Gratia dei sum id quod sum. Et iterum ip
se dicit: qui gloriatur in domino glorietur:


Unde et dominus in euangelio ait: qui audit verba mea hec et facit ea similabo eum viro sapienti: qui edificauit domum supra petram. Venerunt flumina: flauerunt venti et impegerunt in domum illam et non cecidit: quia fundata erat supra petram. Hec cōplens domin⁹ expectat quotidie his suis sāctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationē malorum huius vite dies ad inducias relaxantur: dicente apostolo: An nescis quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Nam pius dominus dicit. Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur et viuat. Cum ergo interrogassemus dominum fratres de habitatore tabernaculi eius audiuimus habitandi preceptum: Sed si compleamus habitatoris officium erimus heredes regni celorum.

Ergo preparanda sunt corda nostra et corpora sancte preceptorum obedientie militatura: et quod minus habet in nobis natura possibile rogemus dominum vt gratie sue iubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehenne penas ad vitam volumus peruenire perpetuam: dum adhuc

vacat ⁊ in hoc corpore sumus: ⁊ hec omnia per hanc lucis vitam vacat implere: currendum ⁊ agendum est modo quod in perpetuum nobis expediat. Constituenda est ergo a nobis dominici scola seruitij. in qua institutione nihil asperum nihilq̄ʒ graue nos cōstituturos speramus. Sed ⁊ siquid paululum restrictius dicente equitatis ratione ꝓpter emendationē vitiorum vel conseruationē caritatis processerit: nō illico pauore perteritus refugias viaʒ salutis: que non est nisi angusto initio incipienda. Processu vero conuersationis ⁊ fidei dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedie curritur via mādatoꝝ dei. Ut ab ipsiꝰ nūq̄ꝫ magisterio discedētes i eiꝰ doctrīa vsq̄ʒ ad mortē i mōasterio ꝑseuerātes passiōibꝰ xp̄i ꝑ patiētiā pticipemꝰ vt r̄gni eiꝰ mereamur eē ꝯsortes. Am̄

Incipit regula eiusdē

De generibꝰ vel vita monachoꝝ. Ca. j.



Monachoruʒ quattuor genera eē manifestū est. Primū cenobitarū: hoc ē monasteriale militās sub regula vel abbate Deide scdm genꝰ ē anachori

tarū.i.heremitarū Hoꝝ qui non conuersio nis feruore nouitio sed monasterij probatio ne diuturna didicerunt contra diabolū mul torum solatio iam docti pugnare. ꝛ bene in structi fraterna ex acie ad singularē pugnā heremi. securi iam sine consolatione alteriꝰ sola manu vel brachio contra vitia carnis: vel cogitationū3 deo auxiliante pugnare suf ficiunt. Tertium vero monachorum teterri mum genus est sarabaitarum. qui nulla re gula approbati. experientia magistra sicut aurum fornacis: sed in plumbi natura mol liti adhuc operibus seruantes seculo fidem mentiri deo per tonsuram noscuntur. Qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore. non dominicis sed suis inclusi ouilibus ꝓ lege eis est desideriorum voluptas. Cum quicquid putauerint vel elegerint hoc di cūt sanctum: ꝛ qđ noluerint. hoc putant non licere. Quartum vero genus est monacho rum: qđ nominatur gyrouagum: qui tota vita sua per diuersas prouincias: ternis aut quaternis diebus per diuersorum cel las hospitantur. Semper vagi ꝛ nunq̄ʒ sta biles: ꝛ proprijs voluptatibus et gule il

lecebris seruiētes: et per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium horū miserrima conuersatiōe melius est silere ꝙ loqui. His ergo omissis ad cenobitarum fortissimum genus disponendum adiuuante domino veniamus.

¶ Qualis debeat esse abbas. Capi. ij.

Abbas qui preesse dignus est monasterio semper meminisse debet quod dicitur: et nomē maioris: factis iplere. Christi enim agere vices in monasterio creditur quādo ipsius vocatur prenomine. Dicente apostolo. accepistis spiritū adoptionis filiorū. in quo clamamus abba pater. Ideoq3 abbas nihil extra preceptum domini quod absit debet docere aut constituere aut iubere. Sed iussio eius vel doctrina fermentū diuine iustitie in discipulorum mentibus conspergatur: Memor sit semper abbas quia doctrine sue vel discipulorū obedientie vtrarumq; rerum in tremendo iudicio dei facienda erit discussio. Sciatq3 abbas culpe pastoris incumbere quicquid i ouibus pater familias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber erit, si inquieto vel

inobedienti gregi pastoris fuerit omnis di/
ligentia attributa. et morbidis earum acti/
bus vniuersa fuerit cura exhibita: pastor eas
in iudicio domini absolutus. dicat cum pro/
pheta domino. Justitiam tuam non abscon/
di in corde meo veritatem tuam et salutare
tuum dixi ipsi aūt contemnentes spreuerūt
me. Et tunc demum inobedientibus cure
sue ouibus pena sit eis preualēs ipsa mors
Cum ergo aliquis suscipit nomen ab/
batis duplici debet doctrina suis prees/
se discipulis. idest omnia bona et sancta fa/
ctis amplius quam verbis ostendere. Ut capaci
bus discipulis mandata domini verbis pro
ponat. Duris vero corde et simplicioribus fa/
ctis diuina precepta demonstret. Omnia ve/
ro que discipulis docuerit esse contraria in
suis factis indicet non agenda: ne alijs pre/
dicans ipse reprobus inueniatur. Ne quā/
do illi dicat deus peccāti: quare tu enarras
iustitias meas: et assumis testamentum me
um per os tuum? Tu vero odisti disciplinas
et proiecisti sermōes meos post te. Et qui in fra
tris tui oculo festucam videbas in tuo tra/
bem non vidisti. Non ab eo persona in mo/

nasterio discernatur Non vnus plus amet q̄ alius. nisi quē in bonis actibus. aut obedientia inuenerit meliorem. Non preponatur ingenuus ex seruitio conuertenti nisi aliqua ratiōabilis causa existat Quod si ita iustitia dictante abbati visum fuerit de cuiuslibet ordine id faciat: sin alias propria teneāt loca. Quia siue seruus siue liber oēs in xp̄o vnū sumus: et sub vno dn̄o equalem seruitutis militiā baiulamus. Quia nō est apud deum personarum acceptio: solummodo in hac parte apud ipsū discernimur. si meliores ab aliis in operibus bonis et humiles inueniamur.

Ergo equalis sit omnibus ab eo caritas: vna prebeatur omnibus secundū merita disciplina. In doctrina namq̄ sua abbas apostolicā debet illā semper formā seruare in qua dicit. argue obsecra increpa .i. miscens tēporibus tēpora terroribus blādimenta dirū magistri piū patris ostēdat affectū. i. indisciplinatos et inquietos debet durius arguere Obedientes autē et mites et patientes vt in melius proficiant obsecrare. Negligentes autē et contemnentes vt in-

crepet ⁊ corripiat ammonemus. Neq3 dissi
mulet peccata delinquentium: sed mox vt ce
perint oriri radicitus ea vt preualet ampu
tet memor periculi hely sacerdotis de sylo.
Et honestiores quidem atq3 intelligibiles
animos prima vel secũda ammonitione ver
bis corripiat. Improbos autem ⁊ duros ac
superbos vel inobedientes verberũ vel corpo
ris castigatione: in ipso initio peccati coer
ceat: Sciẽs scriptu3. stultus verbis non cor
rigitur. Et iterum: percute filium tuum vir
ga: ⁊ liberabis animam eius a morte.
Meminisse debet semp abbas qđ ẽ me-
minisse qđ dicitur ⁊ scire quia cui plus cõ-
mittitur plus ab eo exigitur Sciatq3 q̃3 dif
ficilem ⁊ arduam rem suscepit regere ani-
mas ⁊ multorum seruire moribus. Et aliũ
quidem blandimentis. Aliu3 vero increpa-
tionibus. Aliũ suasionibus ⁊ secundu3 vni
u scuiusq3 qualitatem vel intelligentiam. ita
se oĩbus conformet ⁊ aptet: vt non solũ detri
menta gregis sibi commissi non patiatur: ve
rum etiam in augmentatione boni gregis
gaudeat. Ante omnia ne dissimulans aut
paruipendẽs salutem animarũ sibi ꝯmissa

rum plus gerat sollicitudinē de rebus trāsi
torijs atq3 terrenis ꝛ caducis sed semper co
gitet quia animas suscepit regendas: de qui
bus ꝛ rationem redditurus est. Et ne cause
tur de minori forte substātia meminerit scri
ptū. Primum querite regnū dei ꝛ iusti-
tiā eius ꝛ hec omnia adijcientur vobis. Et
iterum: nihil deest timentibus eu3. Sciatq3
quia qui suscipit animas regēdas preparet
se ad rationē reddēdam. Et quantū sub cu
ra sua fratrū se habere scierit numerū agno
scat pro certo quia in die iudicij ipsarū om
nium animarum est redditurus dño ratio-
nē sine dubio addita ꝛ sue anime. Et ita ti-
mens semper futuram discussionē pastoris
de creditis sibi ouibus, cum de alienis ratio
cinijs cauet redditur de suis sollicitus. Et
cum de admonitionibus suis emendationē
alijs subministrat: ipse efficit a vitijs emēdat9

De adhibēdis ad ꝯsiliū fratrib9 C. iij.

Quotiens aliqua precipua agēda sunt in monasterio. conuocet abbas omne3 ꝯgregationem: ꝛ dicat ipse vnde agitur. Et audiens consiliu3 fratrū tractet apud se pru dēter ꝛ qđ vtilius iudicauerit faciat. Ideo

autē omnes ad consilium vocari diximus: quia sepe iuniori dn̄s reuelat: qđ melius est. Sic autē dent fratres consilium cū omni humilitatis subiectione vt non presumant procaciter defendere qđ eis visuȝ fuerit. sed magis in abbatis pēdeat arbitrio. ⁊ qđ salubrius esse iudicauerit ei cūcti obediant: Sȝ sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita ⁊ ipsum prouidē ⁊ iuste ꝯdecet cuncta disponere. In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam. neqȝ ab ea temere declinetur a quoꝗ. Nullus in monasterio proprij sequatur cordis voluntateȝ. Neqȝ presumat quisquā cuȝ abbate suo proterue intus aut foris monasterium cōtendere Quod si presumpserit regulari discipline subiaceat. Ipse tamen abbas cū timore dei ⁊ obseruatione regulę omnia faciat. Sciēs se proculdubio de oībus iudiciis suis equissimo iudici deo rationē reddituruȝ Si qua vero minora agenda sunt in monasterij vtilitatibus senioꝝ tantum vtatur consilio: Sicut scriptum est. Omnia fac cum consilio ⁊ post factum non penitebis.

¶ Que sunt istrumēta bonoꝝ operū. C. iiii

IN primis dñm deum diligere ex toto corde tota anima tota virtute. Deinde proximum tanq̄ȝ seipsum Deinde non occi dere. non adulterare non facere furtum nō concupiscere non falsum testimonium dice re. Honorare omnes homines ꝛ quod sibi fieri quis non vult alij ne faciat. Abnegare semetipsum sibi vt sequatur christum· Cor pus castigare Delitias non amplecti. Jeiu nium amare. Pauperes recreare. Nuduȝ vestire. infirmum visitare. mortuuȝ sepelire Jn tribulatione subuenire Dolentem con solari. A seculi actibus se facere alienū Ni hil amori christi preponere. Jram non per ficere. Jracūdie tempus nō reseruare. Do lum i corde non tenere. Pacem . falsam nō dare. Caritatem non derelinquere. Nō iura re omnino ne forte periuret. veritateȝ ex cor de ꝛ ore proferre. Malū pro malo non red dere. Jniuriam non facere: sed ꝛ factam pa tienter sufferre. Jnimicos diligere. Male dicentes se non remaledicere: sed magis be nedicere. Persecutionem propter iustitiaȝ sustinere. Non esse superbum. Non vinolē tum Non multum edacem. Non somnolē

tum. Non pigrum non murmurosum. Nõ detractorez Spem suam deo committere bonum aliquod in se cum viderit deo applicet non sibi Malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet Diem iudicij timere gehennam expauescere. Vitam eternam omni cõcupiscentia spirituali desiderare. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. Act⁹ vite sue oi hora custodire In oi loco deum se respicere pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes mox ad xp̄m allidere et seniori spirituali patefacere. Os suum a malo vel prauo eloquio custodire. Multum loqui non amare Verba vana aut risui apta non loqui Risũ multum aut excussum non amare Lectiones sanctas libenter audire. Oratiõi frequẽter incumbere. Mala preterita cũ lachrymis vel gemitu quotidie in oratione deo cõfiteri. De ipsis malis de cetero emẽdare Desideria carnis non perficere. Voluntatem propriam odire Preceptis abbatis in omnibus obedire etiam si ipse quod absit aliter agat. Memor illius dominici precepti. Que dicunt facite que autem faciunt facere

nolite. Non velle dici sanctum antequam sit sed pri⁹ esse quo verius dicatur. Precepta dei factis quotidie adimplere. Castitatez amare. Nullum odire: Zelum et inuidiam non habere. Contentionem non amare. Elationez fugere: seniores venerari. Juniores diligere in christi amore. Pro inimicis orare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire. Et de dei misericordia nunquam desperare. Ecce hec sunt instrumenta artis spiritualis. Que cum fuerit a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta: et in die iudicij recōsignata. illa merces nobis a domino recompensabitur. quā ipse promisit. Quod oculus non vidit nec auris audiuit. nec i cor hominis ascēdit que preparauit deus his q diligunt eum. officina vero vbi hec omnia diligenter operemur claustra sunt monasterij et stabilitas in congregatione.

¶ De obedientia discipulorum. Cap. v.

PRimus humilitatis gradus est obedientia sine mora. Hec conuenit his q nihil sibi christo carius existimant propter seruitium sanctuz quod professi sunt seu propter metum gehenne vel gloriam vite eterne: mox vt aliqd iperatū a maiore fue-

rit ac si diuinitus imperetur moras pati ne
sciunt in faciendo. De quibus dominus di
cit. Obauditu auris obediuit mihi. Et ites
dicit doctorib⁹. Qui vos audit me audit. Er
go hi tales relinquentes statis que sua sunt
et voluntatem propriam deserentes. mox
ex ocupatis manibus et qd agebant imper-
fectus relinquentes vicino obedientie pede
iubentis vocem factis sequuntur. Et velut
vno momento pdicta magistri iussio et per
fecta discipli opera in velocitate timoris dei
ambe res conim uniter citius explicantur.
quibus ad vitam eternam gradiendi amor
incumbit. Ideo angustas viam arripiūt vn
de dominus dicit. Angusta via est que du-
cit ad vitam vt non suo arbitrio viuētes vel
desiderijs suis et voluptatib⁹ obedientes. s3
ambulantes alieno iudicio et iperio. in ceno
bijs degentes abbates sibi preesse desiderāt
Sine dubio hi tales illam domini imitan-
tur sententiam qua dicit. Non veni facere
voluntatem meam sed eius qui misit me.
Sed hec ipsa obedientia tunc acceptabilis
erit deo et dulcis hominibus si qd iubet nō
trepide non tarde nō tepide aut cum mur-

mure vel cū respōso nolētis efficiat. Quia obediētia que maioꝛib⁹ pbetur deo exhibet. Ipse eni dixit. Qui vos audit me audit. Et cum bono animo a discipulis pꝛeberi opor- tet qꝛ hilaré datoꝛem diligit deus. Ná cum malo aio si obedit discipulus. ꝛ nō solū oꝛe verū etiaꝫ in coꝛde si murmurauerit. ꝛ si i- pleat iussionem tamē acceptū iam non erit deo q̄ coꝛ respicit murmurantis. Et pꝛo tali facto nullam consequitur gratiaꝫ immo pe- nam murmurantium incurrit si non cuꝫ sa- tisfactione emendauerit.

¶ De taciturnitate. Capl'm. vj.

Faciamus qđ ait ꝓpheta. Dixi custo- diam vias meas: vt non delinquá i lin- gua mea. Posui oꝛi meo custodiā. Obmu- tui ꝛ humiliatus sum: ꝛ silui a bonis. Hic ostēdit ꝓpheta si a bonis eloquijs iterdū ꝓ- pter taciturnitaté debet taceri quāto magis a malis verbis pp penā peccati debet cessari: Ergo q̄uis de bonis ꝛ scis ꝛ edificationuꝫ elogis: pfectis discipulis pp taciturnitatis grauitaté rara loquēdi ꝯcedat licētia: quia scriptū ē. In multilogo nō effugies pecca- tū. Et alibi. Moꝛs ꝛ vita i manib⁹ lingue.

Nā loq̄ ꝛ docere magr̄m condecet: tacere ꝛ audire discipulo cōuenit. Et ideo siqua req̄rēda sunt a priore cuȝ oī humilitate ꝛ subiectiōe: ꝛ reuerētia requirant̄: ne videat̄ plus loq̄ q̄ȝ expedit. Scurrilitates vero vel verba ociosa ꝛ risum mouētia ęterna clausura i oībus locis dānamus: ꝛ ad tale eloquiūȝ discipulum aperire os non permittimus.

¶ De humilitate. Capitulum. vij.

Clamat nobis scriptura diuina fratres dicens. Omnis qui se exaltat humiliabit̄: ꝛ qui se humiliat exaltabit̄. Cum hęc ergo dicit ōndit nobis omnem exaltatiōnē genus esse supbię. Q̄d se cauere ,pphta indicat dicens. Domine nō est exaltatū cor meū: Neqȝ elati sunt oculi mei. Neqȝ ambulaui in magnis neqȝ in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus super matrem suam: ita retribues in animam meam. Unde fratres si summe humilitatis culmē volumus attingere: ꝛ ad exaltationē illam celestem ad quā p p̄sentis vitę humilitatē ascēdit̄ volumus velociter puenire actib⁹ nr̄is ascendentib⁹ scala il-

la erigenda est q̄ in somno iacob apparuit: per quā ei descendentes angeli ꝛ ascēdentes monstrabant. Non aliud sine dubio descē sus ille ꝛ ascensus a nobis intelligit: nisi ex altatione descendere: ꝛ humilitate ascēdere. Scala vero ipsa erecta nr̄a est vita i seculo que humiliato corde a domino erigitur ad celū. Latera enim eiusdē scale dicimus nostrum eē corpus ꝛ animā in quibus diuersos gradus hūilitatis vel discipline vocatio diuina ascendendos inseruit.

¶ Gradus primus humilitatis.

PRimus itaqꝫ gradus hūilitatis est si timorē dei sibi ante oculos semp ponens obliuiones omnino fugiat. Et semp sit memor omniū que precepit deus: Et qualiter contēnentes deum i gehennā pro peccatis incidūt ꝛ vitam eternā que timentibus deū preparata est animo suo semp reuoluat. Et custodiens se omni hora a pctis ꝛ vicijs. i. cogitationū lingue oculorum manuum pedū vel volūtatis proprie sed ꝛ desideria carnis amputare festiet. Estimet se homo de celis a deo semper respici oī hora ꝛ facta sua in oī loco ab aspectu diuinitatis videri ꝛ ab

angelis omni hora deo nũciari. Demõstrat nobis hoc propheta: Cum in cogitationibus nostris ita deum semper presentem ostendit dicens. Scrutans corda ꝛ renes deꝰ. Et item. Dñs nouit cogitationes hominũ qm vane sũt. Et itẽ dicit. Intellexisti cogitatiões meas a longe: Et qꝛ cogitatio hominis confitebit tibi. Naz vt sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas dicat semp hũilis frater in corde suo. Tũc ero immaculatus corã eo si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem vero propriã ita facere ꝓhibemur cuz dicit scriptura nobis. ꝛ a voluntatibus tuis auertere. Et item. rogamꝰ deũ i orone vt fiat illius volũtas in nobis.

Docemur ergo merito nostrã non facere volũtatem cum cauemus illud qđ dicit scriptura. Sunt vie que videntur hominibus recte quarũ finis vsqꝫ ad profundũ inferni demergit. Et cum cauemus illud qđ de negligẽtibus dictum est. Corrupti sunt ꝛ abomiabiles facti sunt i voluptatibus suis. In desiderijs vero carnis ita nobis deum credamus semp eẽ presentem: cũ dicit propheta dño. Ante te omne desideriũ

meū. Cauendū ergo ē ideo malum desiderium: qꝛ mors secus introitū delectatiōis posita est. Unde scriptura pcipit dicēs. post ↄcupiscētias tuas non eas. Ergo si oculi dñi speculanť bonos ⁊ malos: ⁊ dñs de celo semper respicit sup filios hoīum: vt videat si est intelligens: aut requirens deū: Et ab angelis deputatis nob quotidie die noctuqꝫ dño factori nr̄o opa nr̄a nūcianť. Cauēdum est ergo oi hora fratres sicut dicit in psalmo propheta. Ne nos declinantes i malū: ⁊ inutiles factos aliqua hora aspiciat deus. Et parcēdo nob i hoc tpe: qꝛ pi⁹ ē: ⁊ expectat nos cōuerti i meli⁹ ne dicat nob in futuro. hec fecisti ⁊ tacui.

SEcundus humilitatis gradus est: si ppriam qs non amans volūtatem desideria sua non delectetur implere: Sed vocem illam domini imiteť dicentis. Non veni facere voluntatem meaꝫ: sed eius qui me misit. Itē dicit scriptura. Uoluntas habet penam: ⁊ necessitas parit coronam.

TErtius humilitatis gradus est: vt qs pro dei amore oī obedientia se subdat maiori imitans dominum. de quo dicit apostolus: factus obediens vsqꝫ ad mortem.

Quartus humilitatis gradus est: si in ipsa obedientia duris et contrariis reb9 vel etiaz quibuslibet irrogatis iniurijs tacita conscia patientiam amplectatur: et sustinens non lassescat vel discedat dicente scriptura: q perseuerauerit vsq3 in finē: hic saluus erit. Itē. confortetur cor tuū: et sustine dn̄m. Et ostendens fideles pro domino vniuersa etiā contraria sustinere debere dicit ex psona sufferrētiū: pp te morte afficimur tota die estimati sumus sicut oues occisionis. Et securi de spe retributionis diuine subsequuntur gaudētes et dicentes: sed in his oibus superamus pp eū qui dilexit nos. Et item alio loco scriptura. Probasti nos inqt deus igne nos examinasti sicut examiatur argētū. Induxisti nos i laqueum posuisti tribulationes i dorso nr̄o. Et vt ostēdat sub priore debere nos esse sub sequitur dicens. Imposuisti hoies sup capita nostra. Sed et pceptū dn̄i in aduersis: et i iniurijs p patientiaz adiplentes. q percussi i maxillā pbēt et aliā: auferenti tunicā dimittūt et palliū: Angariati mille passus vadunt et duo: et cū paulo aplo falsos frēs sustinēt: et persecutiōes sustinēt: et maledicētes se bn̄dicūt

Quintus humilitatis gradus est si oēs cogitationes malas cordi suo aduenientes vel mala a se abscōse ɔmissa per humilē confessionē abbati nō celauerit suo hortatur nos de hac re scriptura dicēs: Reuela dño viam tuam ⁊ spera in eo. Et item dicit. Confitemini dño qm̄ bonus qm̄ in seculū misericordia eius. Et itē propheta. Delictū meū cognitū tibi feci ⁊ iniustitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitias meas dño: ⁊ tu remisisti impietatem cordis mei.

Sextus humilitatis gradus est. si omni vilitate vel extremitate ɔtentus sit monachus ⁊ ad omnia que sibi iniungūtur velut operarium se malū iudicet ⁊ indignū Dicens cum propheta. Ad nihilum redactus sum ⁊ nesciui vt iumentum factus sū apud te ⁊ ego semper tecum.

Septimus humilitatis gradus est si omnibus se in inferiorē ⁊ viliorē nō solum sua lingua pronunciet sed etiam intimo cordis credat affectu humilians se ⁊ dicens cū propheta. Ego autē sum vermis ⁊ non homo opprobriū hoium ⁊ abiectio ple-

vis. Exaltatus sum ꝛ humiliatus ꝛ ꝯfusus
Et item Bonū mihi quod humiliasti me:
vt discam mandata tua.

OCtauus humilitatis gradus est: si nihil agat monachus nisi quod cōis monasterij regula vel maioꝝ cohortant exēpla.

NOnus humilitatis gradus est: si linguam ad loquendum prohibeat monachus: ꝛ taciturnitatem habēs vsqꝫ ad interrogationem non loquatur: Monstrante scriptura qꝛ in multiloquio non effugiet peccatum: ꝛ quia vir linguosus non diriget super terram.

DEcimus humilitatis gradus est si nō sit facilis ac promptus in risu. Quia scriptū est: Stultus in risu exaltat vocē suā.

VNdecimus humilitatis gradus est. si cū loquitur monachus leniter ꝛ sine risu: Humiliter cū grauitate. vel pauca verba ꝛ rationabilia loquatur: ꝛ non sit clamosus in voce sicut scriptum est. Sapiens verbis innotescit paucis.

DVodecimus humilitatis gradus est si non solū corde monachus sed etiaꝫ corpore humilitatē videntibus se semper in

dicet. i. in opere: i monasterio: i oratorio: i orto: in via: in agro vel vbicunq3 sedēs ambulans vel stans iclinato sit semp capite. Defixis in terraz aspectibus reū se oi hora de peccatis suis existimās: iam se tremendo iudicio dei p̄sentari existimet. Dicens sibi semper illud quod publicanus ille euangelicus fixis in terram oculis dixit: Domine nō sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cęlum. Et iterum cum propheta. Incuruatus sum: et humiliatus sum vsq3quaq3. Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascēsis monachus mox ad charitatē dei pueniet illā quę pfectā foras mittit timorē: per quaz vniuersa quę prius nō sine formidine obseruabat: absq3 vllo labore vel vt naturalit̄ ex consuetudine incipiet custodire. Non iaz timore gehēnę: sed amore xp̄i et consuetudine ipsa bona: et delectatione virtutum quę dn̄s iā in operariū suū mūdū a vitijs et peccatis spiritu sancto dignabitur demonstrare.

¶ De officijs diuinis i noctib⁹. Cap. viij.

Hyemis tpe: idest a kalendis nouembris vsq3 ad pascha iuxta ꝯsiderationē rationis octaua hora noctis surgendum est.

vt modice amplius de media nocte pausen et iaz digesti surgant. Quod vero restat post vigilias a fratrib' q psalterij vel lectionu aliquid idiget meditationi iseruiat: A pascha aut vsqz ad supradictas kalēdas nouēbris: sic tēperet hora vigiliarū agēda: vt paruissimo interuallo quo fratres ad necessaria nature exeāt custodito mox matutini qui incipiente luce agendi sunt subsequantur.

¶ Quot psalmi dicendi sunt in nocturnis horis. Capitulum. ix.

Hyemis tēpore pręmisso in primis versu. Deus in adiutorium meum intende: dñe ad adiuuandum me festina: in scdo o ter dicendum est: dñe labia mea aperies: et os meum annunciabit laudē tuaz. Cui subiungēdus ē tertius psalmus et gloria. Post hunc psalmus nonagesimus quartus: cum aña aut certe decantandus. Inde sequatur ambrosianum. Deinde sex psalmi cum antiphonis. Quibus dictis dicto versu: bñdicat abbas. Et sedētibus oibus in scānis legant vicissim a fribus in codice sup analogiū tres lectiones iter quas tria rñsoria canantur: duo respōsoria sine gloria dicantur.

Post tertiā vero lectionez qui cantat dicat gloriā. Quam dū incipit cantor dicere mox omnes de sedilibus surgant ob honorē τ reuerentiā sancte trinitatis: Codices autē legantur in vigilijs diuine auctoritatis taz veteris testamenti ꝙ̄ noui: Sed τ expositiōes earū que a nominatissimis τ orthodoxis catholicisq̄ patribus facte sunt. Post has vero tres lectiones cū responsorijs suis sequātur reliqui sex psalmi cū all'a canēdi. Post hos lectio apostoli sequatur: ex corde recitāda τ versus τ supplicatio letanie.i.kyriel': τ sic finiantur vigilię nocturnę.

Qualiter estatis tempore nocturna laus agatur. Capitulum.x.

A Pasca aūt vsq̄ ad kalendas nouembris omnis vt supra dictuz est psalmodie quātitas teneatur: excepto ꝙ lectiones in codice propter breuitatem noctiuz minime legantur: sed pro ipsis tribus lectionib' vna de veteri testamento memoriter dicatur quā breue responsorium subsequatur. τ reliqua omnia vt supra dictum est impleantur.i.vt nunquam minus a duodecim psalmoꝝ quātitate ad vigilias nocturnas dicatur exce-

ptis tertio ꝛ nonagesimoquarto psalmo.

¶ Qualr dñicis dieb⁹ vigilię agant. C.xj.

Dominico die téperius surgatur ad vigilias. in qbus vigilijs teneatur mésura.i. modulatis vt supra disposuim⁹ sex psalmis ꝛ versu residentib⁹ cunctis disposite ꝛ p ordiné in subselijs legant in codice vt supra diximus quatuor lectiones cũ responsorijs suis. vbi tantũ in responsorio quarto dicatur a cantante. gloria. Quã dũ icipit mox omnes cum reuerentia surgát. Post quas lectiones sequãtur ex ordine alij sex psalmi cũ antiphonis sicut anteriores ꝛ versus. post quas iterũ legantur alie quatuor lectiones cũ respósorijs suis ordine quo supra. Post quas iterũ dicãtur tria cantica de prophetis quę instituerit abbas: quę cãtica cũ alleluia psallantur. Dicto etiã versu ꝛ benedicente abbate legantur alie quatuor lectiões de nouo testaméto ordine quo supra. Post quartũ vero responsoriũ incipiat abbas hymnũ Te deum laudamus Quo dicto legat abbas lectioné de euangelio cum honore ꝛ tremore stantibus oibus: Qua perlecta respondeant omnes Amen Et subsequatur mox abbas

Hym̄. Te decet laus. Et data bn̄dictione in cipiāt matutinos: Qui ordo vigiliarū oī tē pore tā estatis q̄ȝ hyemis eq̄liter in die dn̄i co teneat: nisi forte (qd̄ absit) tardi⁹ surgat: q2 tūc aliqd de lectionib⁹ breuiādū est: aut rn̄sorijs: qd̄ tn̄ oīno caueat ne ꝓueniat. Qd̄ si ꝯtigerit: digne inde satisfaciat in oratorio: per cuius euenerit neglectum.

Quō matutinoꝝ solēnitas agat. Ca. xij.

In matutinis dominico die in primis di catur sexagesimussextus ꝑs sine antipho na indirectuȝ. Post quē dicat quinquage simus psalmus cum alla. Post queȝ dicat centesimus septimus decimus: ⁊ sexagesi mus secūdus: deinde benedictiones ⁊ lau des. lectio de apocalipsi vna ex corde: ⁊ rn̄so riū: ⁊ ambrosianum: ⁊ versus: ⁊ canticum de euangelio letanie: ⁊ completum est.

Qualiter priuatis diebus matutini agā tur. Capitulum. xiij.

Diebus aūt priuatis matutinorum so lēnitas ita agatur. Idest sexagesim⁹ sextus ꝑs dicatur sine aāa: indirectuȝ sub trahendo modice sicut dn̄ica: vt oēs occur rant ad quinquagesimū qui cū aā. dicatur.

Post quē aliȷ̃ duo psalmi dicantur ſm con ſuetudinē.i.ſecūda feria qntus ⁊ trigeſim⁹ qntus. Tertia feria q̄dragesimus ſecūdus: ⁊ quinquageſimus ſextus. Quarta feria ſe xageſimus tertius:⁊ ſexageſimus quartus. Quinta feria octuageſimus ſeptimus ⁊ oc tuageſimus nonus. Sexta feria ſeptuageſi mus qntus ⁊ nonageſimus pͥmus. Sab bato aūt cēteſimus q̄drageſimus ſecūdus: ⁊ canticū deutronomiȷ̃:qđ diuidat̄ in duas glorias. Nā ceteris dieb⁹ cāticū vnumqđq3 die ſuo ex ꝓphetis ſicut pſallit eccleſia ro mana dicat̄. Post hec ſequant̄ laudes:deīn de lectio vna apl̄i memoriter recitāda. Rñ ſoriū ambroſianū:v̄ſus:cāticū de euāgelio: letanię:⁊ cōpletū eſt. Plane agēda matuti na vel veſpertina nō trāſeat aliqñ niſi in vlti mo per ordinē orō dñica oibus audiētibus dicatur a priore propter ſcandalorū ſpinas quę oriri ſolent:vt cōuenti ꝑ ipſius orōnis ſponſionē q̄ dicunt dimitte nobis debita no ſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus no ſtris purgent ſe ab huiuſmodi vitio. Ce teris vero agendis vltima pars eius ora tionis dicatur vt ab omnibus reſpondea

tur: sed libera nos a malo.

¶ In natalitijs sanctorum qualiter vigilie agantur. Capitulum.xiiij.

In sanctoꝝ vero festiuitatibus vel omnibus solemnitatibus sicut diximus dominico die agendum ita agatur: Excepto ꝙ psalmi aut antiphone vel lectiones ad ipsuꝫ diem pertinentes dicantur: modus autem supradictus teneatur.

¶ Alleluia quibus tēpibus dicatur. ca.xv.

A Sancto pasca vsqꝫ ad penthecosten sine intermissione dicatur alleluia: taꝫ in psalmis quam in responsorijs. A penthecoste autē vsqꝫ ad caput quadragesime omnibus noctibus cuꝫ sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur: Omni vero dominica extra quadragesimam cantica matutini prima tertia sexta nonaqꝫ cum alleluia dicantur. vespera vero cuꝫ antiphonis. Respōsoria vero nunqꝫ dicantur cum alleluia nisi a pasca vsqꝫ ad penthecosten.

¶ Qualiter diuina opera per diem agantur. Capitulum.xvj.

Ut ait propheta septies in die laudem dixi tibi: Qui septenarius sacratus numerus a

rus a nobis sic implebitur: si matutini pri-
me tertie sexte none vesperi cōpletoriiq̃ tē-
pore nostre seruitutis officia persoluamus
quia de his horis dixit propheta: Septies i
die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vi
giliis idē ipse propheta ait: Media nocte
surgebam ad confitendum tibi: Ergo his
tēporibus referamus laudes creatori no-
stro super iudicia iustitie sue. i. matutinis
prima tertia sexta nona vespera cōpletorio:
& Nocte surgamus ad confitendum ei.

¶ Quot psalmi per easdem horas dicendi
sunt. Capitulum. xvii.

IAm de nocturnis vel matutinis digest
simus ordinē psalmodie nūc de sequentib⁹
horis videamus: Prima hora dicant psal-
mi tres sigillatī & non sub vna gloria. hym
nus eiusdem hore post versū: Deus in ad
iutorium meū intende Dñe ad adiuuandū
me festina anteq̄ psalmi incipiātur: Post
expletionem vero trium psalmorum reci-
tet lectio vna: versus: & kyriel. & misse sint:
Tertia vero sexta nona eodem ordine cele-
bretur. i. versus hymni earundem horarū
Terni psalmi lectio & versus kyrieleison &

misse sint: Si maior congregatio fuerit cuȝ antiphonis: si vero minor in directo psallantur: Vespertina aūt sinaxis quattuor psalmis cū antiphonis terminetur. Post quos psalmos lectio recitanda est: Inde rñsoriuȝ ambrosianū: vsus: canticū de euāgelio letania ⁊ oro dñica: ⁊ fiant misse: Cōpletorium aūt triū psalmoruȝ dictione terminet: Qui psalmi directanei sine antiphona dicēdi sūt. Post quos hymn⁹ eiusdē hore: lectio vna: vsus kyriel. ⁊ benedictio ⁊ misse fiant.

¶ Quo ordie ipi psalmi dicēdi sūt. C. xviij

In primis semp diurnis horis dicatur versus. Deus in adiutoriū meū intēde. Dñe ad adiuuādū me festina: ⁊ gloria: Inde hymnus vniuscuiusqȝ hore. Deinde pma hora dñica dicēda qttuor capitula psalmi cētesimi octaui decimi. Reliqs vero horis. i. tertia sexta ⁊ nona: terna capitula supradicti psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Ad primā aūt secūde ferie. dicantur tres psalmi. i. primus secūdus ⁊ sextus: et ita per singulos dies ad primam vsqȝ ad dominicā dicantur per ordinē terni psalmi vsqȝ ad nonū decimū psalmū. Ita sane vt no-

nus psalmus ꝛ septimus decimus partian-tur in binas glorias: ꝛ sic fiat vt ad vigilias dñica semper a vigesimo icipiatur: Ad ter-tiam vero sextam ꝛ nonā secūde ferię nouez capitula quę residua sunt de cētesimo octa-uo decimo psalmo: ipsa terna capitula p eas-dē horas dicant: Expēso ergo psalmo cēte-simo octauo decimo duob⁹ dieb⁹. i. dñico: ꝛ secūda feria. Tertia feria iā ad tertiā sextaꝫ vel nonā psallant terni psalmi a cētesimo no no decimo vsqꝫ ad cētesimū vigesimū septi-mū. i. psalmi nouē. Quiqꝫ psalmi semper vsqꝫ ad dñicā p easdeꝫ horas indē repetan-tur: Hymnoꝝ nihilominus lectionum vel versuū dispositione vniformi cūctis diebus seruata: ꝛ ita. s. vt semper dominica a centesi-mo octauo decimo incipiatur.

VEspera auteꝫ quotidie quattuor psal morūꝫ modulatione canant: Qui psal-mi incipiant a cētesimo nono vsqꝫ ad cētesi mū q̄dragesimū septimū: exceptis his qui diuersis horis ex eis sequestrant. i. a cente-simo decimoseptimo vsqꝫ ad centesimuꝫ vi gesimum septimum ꝛ centesimo trigesimo tertio: ꝛ cētesimo q̄dragesimo secūdo: Re-

liqui ces in vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi. ideo diuidendi sunt qui in numero supradicto fortiores inueniuntur. idest centesimus trigesimus octauus et centesimus quadragesimus terti⁹ centesimus quadragesimus quartus. Centesimus vero sextus decimus quia paruus est cum centesimo quinto decimo coniungatur: Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum. reliqua: idest lectiones rñsoria hymni versus vel cantica sicut supra taxauimus impleantur: Ad completorium vero quotidie idem psalmi repetantur. s. quart⁹ nonagesimus et cẽtesim⁹ trigesim⁹ tertius

Disposito ordie psalmodie diurne reliqui omnes psalmi qui supersunt eq̃liter diuidantur in septem noctium vigilias partiẽdo. s. qui ĩter eos prolixiores sunt psalmi. et duodecim per vnamquãq; constituantur noctem: Hoc precipue commouẽtes vt si cui forte hec distributio psalmorũ displicuerit ordinet si melius aliter iudicauerit dum modo oĩmodis id attẽdatur: vt omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorũ psal

latur. Et dñico die semper a capite repetat ad vigilias qr nimis iners deuotionis sue seruitiū ondunt monachi qui minus psalterio cum canticis consuetudinarijs per septimane circulū psallunt: cum legamus sanctos patres nostros vno die hoc strenue implesse: qd nos tepidi vtinam septimana integra persoluamus.

¶ De disciplina psallendi. Ca.xix.

Ubiq credimus diuinam esse presentiam: et oculos dñi in omni loco speculari bonos et malos: Maxime tamē hoc sine aliq dubitatione credimus cum ad opus diuinū assistimus: Ideo semper memores simus qd ait propheta. Seruite domino in timore: et iterū. psallite sapiēter. et. i ɔspectu angelorum psallam tibi: Ergo consideremus qualiter oporteat nos in ɔspectu diuinitatis et angelorum esse et sic stemus ad psallendum vt mēs nostra concordet voci nostre.

¶ De reuerentia orationis. Cap.xx.

Si cum hoibus potētibus volumus aliqua suggerere. non psumimus nisi cū humilitate et reuerētia quāto magis dño deo vniuersorum cum oi humilitate et puritatis deuo-

tione supplicādū est: ⁊ nō in multiloquio: sed in puritate cordis: ⁊ cōpunctione lachrimarum nos exaudiri sciamus. Et iō breuis dꝫ esse ⁊ pura orō nisi forte ex affectu īspirationis diuine grē ꝓtendatur. In ꝯuentu tñ oīno breuietur oratio. Et facto signo a priore omnes pariter surgant.

¶ De decanis monasterij. Caplm̄. xxj.

SI maior fuerit ꝯgregatio eligantur de ipsis frēs boni testimonij ⁊ scē ꝯuersationis: ⁊ ꝯstituanť decani q sollicitudinē gerāt sup decanias suas in oibus sm̄ mādata dei ꝑcepta abbatis sui. Qui decani tales eligantur i qbus securus abbas ptiať onera sua. Et nō eliganť p ordinē: sed sm̄ vite meritū: ⁊ sapientie doctrinā. Qð siquis ex eis aliq̄ forte iflatus superbia reptus fuerit reꝑhensibilis correptus semel: ⁊ iterum: ⁊ tertio si emēdare noluerit deijciatur: ⁊ alter in loco eius qui dignus est subrogetur. Et de preposito eadem constituimus.

¶ Quō dormiant monachi. Caplm̄. xxij.

SInguli p singulos lectos dormiāt. Lecisternia pro mō ꝯuersationis sm̄ dispēsationē abbatis sui accipiant. Si pōt fie-

ri oēs i vno loco dormiant. Si autem multi tudo non sinit: deni aut viceni cum seniori-bus suis q sup eos solliciti sint pausent. Cā dela iugiter i eadem cella ardeat vsq3 ma-ne. Vestiti dormiant ⁊ cincti cingulis aut fu nibus ⁊ cultellos ad latus non habeant dū3 dormiunt ne forte per somnium vulnerentur dormientes: ⁊ vt parati sint monachi semper: ⁊ facto signo absq3 mora surgentes festinent inuicem se preuenire ad opus dei: cum omni tamen grauitate ⁊ modestia ado lescentiores fratres iuxta se non habeāt lectos: sed permixti cum senioribus. Sur-gentes vero ad opus dei inuicem se mode-rate cohortentur propter somnolentorum excusationes.

¶ De excōicatione capitularū. Cap. xxiij.

SI quis frater cōtumax: aut inobediens: aut superbus: aut murmurans vel in aliquo contrarius existens sancte regule: ⁊ preceptis seniorum suorum contemptor repertus fuerit hic ſm domini nostri preceptum admoneatur semel: ⁊ secūdo secrete a senioribus suis. si non emendauerit obiurgetur publice corā omnibus: si vero neq3 sic cor-

rexerit si intelligit qualis pena sit excõmunicationi subiaceat Si autem improbus est vindicte corporali subdatur.

¶ Qualis debeat esse modus excõmunicationis. Cap xxiiij.

SEcundũ modum culpe excõicationis vel disciplinę debz extendi mensura Qui culpaꝝ modus in abbatis pendeat iudicio. Si quis tñ frater in leuiorib⁹ culpis inueniť tñ a mensę participatione priuetur. Priuatus aũt a mensę ꝯsortio ista erit ratio vt in oratorio psalmum aut antiphonã nõ iponat neqꝫ lectionem recitet vsqꝫ ad satisfactionez: Refectionem aũt cibi post fratrum refectionez solus accipiat mensura vel hora qua preuiderit abbas ei cõpetere vt si verbigratia fratres reficiunt sexta hora ille frater nona: si fratres nona: ille vespertina. vsqꝫ dum satisfactione congrua veniam consequatur.

¶ De grauioribus culpis. Cap.xxv.

IS aũt frater qui grauioris culpę noxa teneť suspendať a mensa simul ⁊ ab oratorio: nullus ei fratrũ in vllo iungatur ꝯsortio neqꝫ i colloquio solus. sit ad opus sibi iũctum persistens in penitentię luctu. sciens il

lam terribilez apostoli sententiam dicentis Traditu3 huiusmodi hoiem sathane in interitum carnis: vt spūs saluus sit in die dñi. Cibi aūt refectionem solus pcipiat mensura vel hora q̄ puiderit ei abbas cōpetere nec a quoq3 bñdicat trāseūte nec cib9 q ei.dat.

¶ De his qui sine iussione abbatis iūgunt excōmunicatis. Cap.xxvi.

SI quis frater presumpserit sine iussione abbatis fratri excōicato quolibet mō se iungere aut loqui cū eo vel mandatum ei dirigere. similē sortiat ex cōicatōis vidictā.

¶ Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa excōicatos. Cap.xxvii.

OMni sollicitudine curā gerat abbas circa delinquentes fratres q2 nō est opus sanis medicus sed male habentibus. Et ideo vti d3 omni mō vt sapiens medicus imittere quasi occultos 9solatores senipetas.i.seniores sapientes fratres: qui quasi secrete 9solent frēm fluctuantem: 7 prouocēt eū ad humilitatis satisfactionē. Et 9solent eu3 ne habundātiori tristitia absorbeatur: Sed sicut ait apostolus confirmet in eo caritas 7 oretur pro eo ab oibus. Magnopere eni d3 sol

licitudinē gerere abbas: ꝛ oī sagacitate ꝛ i-
dustria curarē ne aliquā de ouib⁹ sibi credi
tis perdat. Nouerit eni se ifirmaꝝ curā su-
scepisse aiaꝝ nō sup sanas tyrānidē: Et me
tuat ꝓphete cōminationē p quē dicit ds qd
crassuz videbatis assumebatis: ꝛ qd debile
erat ꝓijciebatis. Et pastoris boni pium imi
tetur exemplū q relictis nonagita nouē oui
bus i mōtibus abijt vnā ouē que erraverat
q̄rere: Cuius ifirmitati itm̄ cōpassus est:
vt eam in sacris humeris suis dignaretur
iponere: ꝛ sic reportare ad gregem.

¶ De his qui sepius correpti non emen-
dauerint. Capitulum. xxviij.

SI quis frat̄ freqnēter corrept⁹ ꝓ q̄lbet
culpa: si ēt excōicat⁹ non emēdauerit:
acrior ei accedat correptio. i. vt dberū vidt-
cta i eū ꝓcedat. Qd si nec ita correxerit: aut
forte (qd absit) i supbiā elatus ēt defendē vo
luerit opa sua: tunc abbas faciat qd sapiens
medicus. Si exhibuit somēta: si vnguenta
adhortationū: si medicamia scripturaꝝ diui
naꝝ: si ad vltimū vstionē excōicatiōis vl pla
gas virgarū. Et si viderit: nihil suā ꝓuale-
re industriā: adhibeat ēt qd maius est suaꝫ

ꝛ oium fratrū ꝓ eo orōnē: vt dñs q oia pōt opereꝫ salutē circa infirmū fratrē. Quod si nec isto mō sanatus fuerit: tūc iā vtaꝫ abbas ferro abscisiōis: vt ait apl's. Auferte malū ex vob. Et iteꝝ. Infidelis si discedit discedat: ne vna ouis morbida oēm gregē ꝯtaminet.

¶ Si debeant recipi fratres exeuntes de monasterio. Capitulum. xxix.

FRater q proprio vitio egreditur: aut proijcitur de mōasterio si reuerti volue rit spōdeat prius oēm emēdationē vitij pro quo egressus est: ꝛ sic in vltimo gradu reci piatur: vt ex hoc eius humilitas comprobe tur. Qḋ si denuo exierit vsqꝫ tertio ita reci piatur. Iaꝫ vero postea sciat omnem sibi re uersionis aditum denegari.

¶ De pueris minori etate qualiter corri piantur. Capitulum. xxx.

OMnis etas vel itellectus proprias de bet habere mensuras. Ideoqꝫ quo tiens pueri vel adolescentiores etate: aut q minus intelligere pñt quāta pena sit excōi cationis. Hi tales dum delinquunt: aut ie iunijs nimijs affligantur: aut acris verberi bus coherceantur: vt sanentur.

¶ Qualis debeat esse cellerari⁹ monasterij.

Cellerarius monasterij Capi.xxxj. eligatur de congregatione sapiens: maturus moribus: sobrius: non multum edax: non elatus: nõ turbulentus: non iniuriosus: non tardus. non prodigus: sed timens deū: qui omni cõgregationi sit sicut pater: Curã gerat de omnibus: sine iussiõe abbatis nihil faciat: quę iubentur custodiat: fratres nõ cõtristet: Si quis aũt frater ab eo aliqua forte irrationabiliter postulat nõ spernendo eũ contristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget: animam suã custodiat: memor semper illius apostolici pręcepti. quia qui bene ministrauerit: gradũ bonum sibi acquirit: Infirmoꝝ: infantiũ: hospitũ: pauperumq; cũ omni sollicitudine curam gerat: Sciẽs sine dubio: q: pro his omnibus i die iudicij rationẽ redditurus est.

Omnia vasa monasterij. cunctáq; substantiã ac si altaris vasa sacrata cõspiciat: Nihil ducat negligendũ neq; auaritie studeat: neq; ꝓdigus sit aut extirpator substantie monasterij. Sed oĩa mensurate faciat ⁊ secundũ iussionẽ abbatis sui. Humili-

tatez ante omnia habeat z cui substantia nō
est quę tribuatur: sermo responsionis porri
gatur bonus quia scriptuz est. sermo bonus
super datū optimū. Oia quę ei iniūxerit ab
bas ipse habeat sub cura sua: a quibus cum
prohibuerit nō pręsumat. Fratribus consti
tutam annonā sine aliquo typo vel mora of-
ferat vt nō scandalizentur: Memor diuini
eloquij quid mereatur; qui scandalizauerit
vnuz de pusillis. Si ɔgregatio maior fuerit
solatia ei dentur a qbus adiutus z ipse ęquo
animo impleat officiū sibi cōmissuz. Horis
competentibus dentur quę danda sunt: z pe-
tantur quę petenda sunt: vt nemo perturbet
neq; contristetur in domo dei.

De ferramentis monasterij: Ca. xxxij.

Substantie monasterij in ferramentis
vel vestibus: seu quibuslibet rebus ꝓ
uideat abbas fratres de quoꝝ vita vel mori
bus securus sit: z eis singula vt vtile iudica
uerit consignet custodienda atq; recolligen-
da: Ex quibus abbas breuem teneat vt dū
sibi in ipsa assignata: fratres vicissim succe-
dunt: sciat quid dat: aut quid recipit. Si qs
aūt sordide aut negligenter res monasterij

tractauerit: corripiatur: Si non emendauerit: disciplinę subiaceat.

¶ Si quid debeant monachi proprium habere. Capitulum. xxxiij.

PRecipue hoc vitium radicitus amputetur de monasterio ne quis pręsumat aliqd dare: aut accipere sine iussione abbatis: neq; aliqd habere propriũ: nullaz oino rem neq; codicẽ: neq; tabulas: neq; grafiũ: sed nihil oino: quippe quibus nec corpora sua: nec volũtates licet habere in propria potestate. Oia vero necessaria a patre monasterij sperare: nec quicq; liceat habere qd abbas nõ dederit: aut pmiserit. Oiaq; omnib⁹ sint cõia: vt scriptũ est: nec quisq; suum esse aliqd dicat vel psumat. Qd si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari admoneatur semel: et iterum: si non emendauerit correptioni subiaceat.

¶ Si omnes ęqualiter debeant necessaria accipere. Capitulum. xxxiiij.

SIcut scriptũ est diuidebatur singulis: put cuiq; opus erat: Ubi non dicim⁹ vt personaruz: qd absit: acceptio sit: sed isirmitatũ psideratio. Ubi qui minus indiget:

agat deo gratias: et non contristetur. Qui ve
ro plus indiget humilietur pro infirmitate
et nō extollatur pro misericordia: et ita om-
nia membra erunt in pace: Ante omnia
ne murmurationis malum pro qualicun-
q3 causa in aliquo qualicunq3 verbo: vel si
gnificatione appareat. Quod si depre-
hensus fuerit quis: districtioni discipli-
ne subdatur.

¶ De septimanariis coquinę. Cap. xxxv.

Fratres sic sibi inuicē seruiant vt nul
lus excusetur a coquinę officio nisi aut
ęgritudine: aut in causa grauis vtilitatis
quis occupatus fuerit: quia ex inde ma-
ior merces acquiritur. Imbecillibus au-
tem procurentur solacia: vt non cum tristi-
tia hoc faciant: sed habeant omnes solatia
sm modum congregationis: aut positionez
loci. Si maior congregatio fuerit: cellera-
rius excusetur a coquina: vel si qui vt dixi-
mus maioribus vtilitatibus occupantur
Ceteri vero sibi sub charitate inuicem ser-
uiant. Egressurus de septimana: sabba-
to mundicias faciat. Linteamina cum qui
bus sibi fratres manus ac pedes tergunt

auet. Pedes vero tam ipse qui egreditur quā ille qui intraturus est oibus lauēt. Uasa ministerij sui mund a et sana cellerario reconsignet qui cellerarius item intranti cō signet: vt sciat quid dat aut quid recipit.

Septimanarij aūt ante vnam horā refectionis accipiant sup statutam annonam singulos biberes et panē: vt hora refectionis sine murmuratione et graui labore seruiant fratribus suis. In diebus tñ solēnibus: vsq ad missas sustineant: Intrantes autē et exeuntes hebdomadarij: in oratorio mox matutinis finitis dominica oium genibus prouoluantur: postulantes pro se orari. Egrediens aūt de septimana dicat hūc versum. Benedictus es dñe deus: qui adiuuisti me: et ɔsolatus es me. Quo dicto tertio accipiat benedictionē egrediens: Subsequat ingrediēs et dicat: Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me festina: Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus. et accepta benedictione ingrediatur.

¶ De infirmis fratribus. Cap. xxxvi.

Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibēda est vt sicut re vera xpo

ita eius

ta eis seruiatur qz ipse dixit. Infirmus fui
ꝛ visitastis me. Et qd fecistis vni de his mi
nimis meis mihi fecistis: Sed ꝛ ipsi infir-
mi ꝯsiderent in honoꝛē dei sibi seruiri ꝛ non
supfluitate sua ꝯtristet fratres suos seruien
tes sibi: Qui tn̄ patienter poꝛtandi sunt qz
de talibus copiosioꝛ merces acquiritur: Er
go cura maxima sit abbati: ne aliquā negli-
gentiam patianꝰ: Quibus fratribus infir-
mis sit cella sup se deputata: ꝛ seruitoꝛ timēs
deū: ꝛ diligēs ac sollicitus: Balneaꝝ vsus
infirmis quotiens expedit offeraꝰ Sanis āt
ꝛ maxime iuuenibus tardius ꝯcedatur: Sz
ꝛ carniū esus infirmis oīnoqꝫ debilibus ꝑ
reparatione ꝯcedatur: At vbi melioꝛati fue
rint: a carnibus moꝛe solito oēs abstineant.
curam aūt maximā habeat abbas ne a celle
rarijs aut seruitoꝛibus negligātur infirmi:
qz ad ipsum respicit quicquid a discipulis
delinquitur.

¶ De senibus vel infantibus. Cap. xxxvij.

Licet ipsa natura humana trahatur:
ad misericoꝛdiam in his etatibus: se-
num videlicet: ꝛ infantum: tamen ꝛ regule
auctoꝛitas eis pꝛospiciat: Consideretur sem

per in eis imbecillitas: ꝛ nullatenus eis di/
strictio regulę teneatur in alimentis: sed sit
in eis pia consideratio: ꝛ preueniant horas
canonicas.

¶ De hebdōario lectore. Capl'm. xxxviij.

Mensis fratrum edentium lectio deesse
nō debet nec fortuito casu qui arripue
rit codicem legere audeat ibi: sed lecturus
tota hebdomada: dominica ingrediat. Qui
ingrediens post missas ꝛ cōmunionem: pe/
tat ab omnib⁹ pro se orari. vt auertat ab eo
deus spiritum elationis. Et dicatur hic ver
sus in oratorio tertio ab omnibus: ipso tamē
incipiente: domine labia mea apies: ꝛ os me
um annunciabit laudem tuam: Et sic acce/
pta benedictione: ingrediatur ad legendū.
Summumq3 fiat silentium ad mensam: vt
nullius musitatio vel vox nisi solius legen/
tis ibi audiatur. Quę vero necessaria sunt
comedentibus ꝛ bibentibus: sic sibi inui//
cem ministrent fratres; vt nullus indigeat
petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit:
sonitu cuiuscūq3 signi potius petatur: q̄3 vo/
ce. Nec presumat ibi aliquis de ipsa lectio/
ne; aut aliunde quicquā requirere ne de/

tur occasio: nisi forte prior pro edificatione voluerit aliquid breuiter dicere: Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum prius q̄ incipiat legere: propter cōmunionem sanctam: et ne forte graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum coquine hebdomadarijs: et seruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant aut cantent: sed qui edificent audientes.

¶ De mensura ciborum. Cap. xxxix.

Sufficere credimus ad refectionē quotidianā tam sexte q̄ none oībus mensis cocta duo pulmentaria: ꝓpter diūsoꝝ infirmitates. Ut forte qui ex vno nō potuerit edere: ex alio reficiat. Ergo duo pulmentaria cocta fribus sufficiant. Et si fuerint inde poma aut nascentia leguminum: addatur et tertium. Panis libra vna pro pensa sufficiat in die siue vna sit refectio: siue prandij et cene. Quod si cenaturi sunt de eadem libra tertia pars a cellerario reseruet: reddenda cenaturis. Quod si labor forte factus fuerit maior in arbitrio et potestate abbatis erit: si expediat aliqd augere. Remota pre omnibus crapula: vt nunq̄ surripiat

monacho indigeries. Quia nihil sic contra
rium est omni xpiano quó crapula: Sicut
ait dominus noster: Uidete ne grauētur cor
da vestra in crapula: et ebrietate. Pueris ve
ro minori etate non eadem seruetur quanti
tas: sed minor q̄ maioribus: seruata in om
nibus parcitate. Carnium vero quadrupe/
dum omnino ab omnibus abstineatur co/
mestio: preter omnino debiles et egrotos.

De mensura potus. Cap.xl.

Unusquisq; proprium habet donum ex
deo: alius sic: alius vero s.c. Et ideo cū
aliqua scrupulositate a nobis mēsura victus
aliorum constituitur: tamen infirmoꝝ con/
tuentes imbecillitatem credimus eminam
vini per singulos sufficere per diem. Qui/
bus autem donat deus tollerantiam abstinē
tie propriam se habituros mercedez sciant.
Quod si aut loci necessitas: vel labor aut ar
dor estatis amplius poposcerit: in arbitrio
prioris consistat: Considerans in omnibus
ne surrepat satietas aut ebrietas: lz lega/
mus vinum omnino monachorum non eē.
Sed qz nostris temporibus id monachis p
suaderi non potest: saltem vel hoc consentia/

mus: vt non vsq̧ ad satietatem bibamus: sȝ parcius: Quia vinum apostatare facit etiā sapientes. Ubi autem necessitas loci exposcit: vt nec supra scripta mēsura inueniri possit: sed multo minus aut ex toto nihil benedicant deum qui ibi habitant ⁊ nō murmurent. Hoc ante omnia admonētes: vt absq̧ murmurationibus sint.

¶ Quibus horis oporteat reficere fratres. Capitulum. xlj.

A Sancto pasca vsq̧ ad penthecosten: ad sextam reficiant fratres: ⁊ ad seram cenent. A penthecoste autem tota estate: si labores agrorum nō habent monachi aut nimietas estatis non perturbat quarta ⁊ sexta feria ieiunent, vsq̧ ad nonam. Reliquis vero diebus ad sextam prandeant. Que prandij sexta si opera in agris habuerit: aut estatis feruor nimius fuerit continuanda erit: ⁊ in abbatis sit prouidētia: Et sic omnia temperet: atq̧ disponat qualiter anime saluentur. Et quod faciunt fratres absq̧ vlla murmuratione faciāt. Ab Idibus autem septembris vsq̧ ad caput quadragesime, ad nonā semper reficiant fratres. In quadragesima ve-

ro vsqȝ ad pasca ad vesperam reficiant. Ip/sa tamen vespera sic agatur vt lumine lucer/nę non indigeant reficiẽtes: sed luce adhuc diei omnia consumentur. Sed ꝛ omni tem/pore siue cenę siue refectionis hora sic tempe/retur: vt cum luce fiant omnia.

¶ Et post cõpletoriũ nemo loquat̃. C. xlij.

Omni tempore silentium debent stu/dere monachi: maxime tamen noctur/nis horis. Et ideo omni tempore siue ieiu/nij siue prandij: si tempus fuerit prandij: mox vt surrexerint a cena: sedeant omnes in vnum: ꝛ legat vnus collationes vel vitas patrum: aut certe aliquid quod ędificet au/dientes. Non autem eptaticum aut regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile il/la hora hanc scripturam audire: alijs vo ho/ris legantur. Si autem ieiunij dies fuerit: dicta vespera paruo interuallo: mox accedãt ad lectionem collationum vt diximus ꝛ le/ctis quatuor aut quinqȝ folijs: vel quantum hora permittit. omnibus in vnum occurren/tibus per hanc moram lectionis: si quis for/te in assignato sibi commisso fuerit occupa/tus occurrat. Omnes ergo in vnum positi

compleant. Et exeuntes a completorio nul/
la sit licentia denuo cuiquã loqui aliquid.
Quod si inuentus fuerit quisquaz preuari
cari hanc taciturnitatis regulam: grauiori
vindicte subiaceat. Excepto si necessitas ho
spitum superuenerit: aut forte abbas alicui
aliquid iusserit. Quod tamen et ipsum cum
summa grauitate et moderatione honestissi
me fiat.

¶ De his qui ad opus dei vel ad mensam
tarde occurrunt. Capitulum. xliij.

Ad horam diuini officij: mox vt audi/
tum fuerit signum: relictis oibus que
libet fuerint in manibus: sũma cum festina
tione curratur. cum grauitate tñ: vt nõ scurri
litas inueniat fomitẽ. Ergo nihil operi dei
pponatur. Quod si qs ad nocturnas vigilias
post gliam psalmi nonagesimiquarti. quez
pp hoc oino protrahendo et morose volumus
dici occurrerit nõ stet in ordine suo in cho/
ro: sed vltimus oium stet: aut in loco quem
talibus negligentibus seorsum constituerit
abbas: vt videatur ab ipso vel ab omnibus:
vsqz dum completo opere dei publica satisfa
ctione peniteat. Ideo aũt eos in vltimo aut

seorsum iudicauimus debere stare vt visi ab omnibus vel pro ipsa verecundia sua emendentur. Nam si foris oratorium remaneāt. erit forte talis qui se aut collocet: et dormiat: aut certe sedeat foris vel fabulis vacet: et detur occasio maligno. Sed ingrediatur itro: vt nec totum perdat et de reliquo emendetur.

DJurnis autem horis qui ad opus dei post versum et gloriam primi psalmi: qui post versuz dicitur occurrerit lege qua supra diximus: in vltimo stet: nec presumat sociari choro psallentium vsq3 ad satisfactionem: nisi forte abbas licentiam dederit permissione sua: ita tamen vt satisfaciat reus ex hoc. Ad horam vero refectionis qui ante versum non occurrerit vt simul oēs dicant versum et orent: et sub vno omnes accedāt ad mensam: qui per negligentiam suam. aut vitium non occurrerit vsq3 ad secundam vicē pro hoc corripiatur. Si denuo non emendauerit non permittatur ad mensę communis participationem: sed sequestratus a consortio omnium reficiat solus sublata ei portione sua vini vsq3 ad satisfactionem et emendationem. Similiter autem patiatur qui et ad

illum versum non fuerit presens q post cibũ dicitur. Nec quisquã presumat ante statu/tam horaz vel postea quicquã cibi vel potus percipere. Sed ⁊ si cui offertur aliqd a prio/re: ⁊ accipere renuerit: hora qua desiderauerit. hoc quod prius recusauit aut aliud oĩno non percipiat. vsq3 ad emendationẽ ꝯgruaz.

¶ De his qui excõmunicantur quomodo satisfaciant. Cap. xliiij.

Qui pro grauioribus culpis ab orato/rio ⁊ a mensa excõmunicatꝰ: hora qua opus dei in oratorio percelebratur ante fores oratorij prostratus iaceat. nihil dicens: nisi tantum posito in terra capite ⁊ ꝓstratus pro nus omniuz de oratorio exeuntiuz pedibꝰ se ꝓijciat. Et hoc tãdiu faciat vsq3 dũ abbas iu dicauerit satisfactũ esse. Qui dum iussus ab abbate venerit prouoluat se ipsius abbatis pedibus. deinde omnium vestigijs fratrum vt orent pro eo. Et tunc si iusserit abbas re/cipiatur in choro vel in ordine quo abbas de creuerit. ita sane vt psalmum aut lectionem. vel aliud quid non presumat in oratorio im ponere. nisi iterum abbas iubeat. Et omni bus horis duz completur opus dei proijciat

se in terram in loco in quo stat: et sic satisfaciat. usque dum ei iubeat iterum abbas vt gescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro leuibus culpis excõmunicantur tantũ a mẽsa in oratorio satisfaciant vsque ad iussionem abbatis. Et hoc semper faciant vsque dum benedicat et dicat. sufficit.

De his q fallunt in oratorio. Capi. xlv.

Siquis dum pronunciat psalmum responsorium: aut añt. vel lectionem fallitur nisi cum satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit: maiori vindicte subiaceat quippe qui noluit humilitate corrigere: quod negligentia deliquit. Infantes vero pro tali culpa vapulent.

De his qui in aliquibus rebus leuib⁹ delinquunt. Capitulum. xlvi.

Siquis dum in labore quouis in cogna: in cellerario: in ministerio: i pistrino: in orto: in arte aliqua dum laborat: vel in quocunque loco aliquid deliquerit: aut fregerit quippiam: aut perdiderit: vel aliud quid excesserit vbiubi: et non veniens cõtinuo ante abbatem vel congregationem ipse vltro satisfecerit et prodiderit delictum suum: dum

per alium cognitum fuerit maiori subiaceat emendatiōi: Si animę vero peccati causa latens fuerit: tantū abbati aut spiritualibus senioribus patefaciat: qui sciant curare sua ⁊ aliena vulnera nō detegere: ac publicare.

¶ De significanda hora opis dei. Ca. xlvij.

Nunciāda hora operis dei die noctuq͂ sit cura abbati: aut ipse nūciare aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam: vt omnia horis competentibus compleantur: Psalmos autem vel antiphonas: post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit imponāt: Cātare aūt ⁊ legere non p̄sumat nisi q pōt ipsum officium implere: vt ędificentur audientes. Quod cū humilitate ⁊ grauitate ⁊ tremore faciat: ⁊ cui iusserit abbas.

¶ De opere manuū quotidiano. Ca. xlviij.

Ociositas inimica est animę: ⁊ ideo certis tēporibus occupari debēt frēs in labore manuū: certis iterum horis in lectione diuina. Ideoq͂ hac dispositione credimus vtraq͂ tempora ordinari: idest vt a pascha vsq͂ ad kal. octobris mane exeūtes a prima vsq͂ ad horam pene quartam laborent: qđ necessarium fuerit: ab hora autem quar//

ta vsq ad horam quasi sextã lectioni vacent. Post sextam autez surgentes a mensa pausent in lectis suis cum omni silentio: aut forte qui voluerit sibi legere sic legat vt alium nõ inquietet. Agatur nona tẽperius mediãte octaua hora: et iterum quod faciendum est operentur vsq ad vesperam. Si autez necessitas loci aut pauptas exegerit: vt ad fruges colligendas per se occupentur. non contristẽtur: qr tũc vere monachi sunt si de labore manuum suarum viuunt: sicut et patres nostri et apostoli. Omnia tamen mẽsurate fiant ꝓpter pusillanimes.

A Kl. autem octobris vsq ad caput quadragesime vsq ad horam secundã plenã lectioni vacent: hora secunda agatur tertia: et vsq ad nonam omnes in opus suuz laborent quod eis iniungitur. facto autem primo signo hore none disiungãt ab ope suo singuli: et sint parati dũ scdm signum pulsauerit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

IN quadragesime vero diebus a mane vsq ad tertiam plenam lectioni vacent et vsq ad decimam plenam operentur quod

tis iniungitur. In quibus diebus quadra-
gesime accipiant oēs singulos codices de by-
bliotecha. quos per ordinē ex integro legant
qui codices in capite quadragesime dandi
sunt. Ante omnia sane deputētur vnus aut
duo seniores qui circumeant monasterium
horis quibus vacant fratres lectioni: et vide
ant ne forte ueniatur frater accidiosus qui
vacet ocio aut fabulis: et non sit intentus le-
ctioni: et non solum sibi inutilis sit: sed etiaʒ
alios extollit. Hic talis si (quod absit) reper-
tus fuerit corripiatur semel et secūdo: si non
emēdauerit correptioni regulari subiaceat:
taliter vt ceteri metum habeāt. Neqȝ frater
ad fratrem iūgatur horis incompetētibus.
Dominico die lectioni vacent omnes: exce-
ptis his qui varijs officijs deputati sunt. Si
quis vero ita negligens et desidiosus fuerit:
vt non velit aut non possit meditari aut lege
re: iniungatur ei opus quod faciat vt nō va
cet. Fratrib⁹ īfirmis aut delicatis talis opa
aut ars iniungat: vt nec ociosi sint nec violen
tia laboris opprimant vt effugentur. Quoꝝ
imbecillitas ab abbate consideranda est.

¶ De quadragesime obseruatiōe. C. xlix.

LIcet omni tempore vita monachi qua/
dragesime debeat obseruationem ha/
bere: tamē quia paucoꝝ est ista virtus: ideo
suademus istis diebus quadragesime om/
ni puritate vitam suam custodire oēs pari/
ter negligētias alioꝝ tēporū his diebus san
ctis diluere. Quod tunc digne fit si ab om/
nibus vitijs nos tēperemus orationi cū fleti
bus lectioni ꝛ compunctioni cordis atqꝫ ab
stinentie operā demus. Ergo his diebus au
geamus nobis aliquid ad solitum pensum
seruitutis nostre: orationes peculiares cibo/
rum ꝛ potus abstinētiam: ꝛ vnusquisqꝫ sup
mensuram sibi indictam aliquid ꝓpria vo/
luntate cum gaudio sancti spiritus offerat
deo. i. subtrahat corpori suo de cibo: de potu: de
somno: de loquacitate: de scurilitate: ꝛ cū spi
ritualis desiderij gaudio sanctum pasca ex/
pectet. Hoc ipsum tamen qđ vnusquisqꝫ of/
fert abbati suo suggerat: ꝛ cum eius fiat ora
tione ꝛ volūtate. Quia quod sine permissiōe
patris spiritualis fit: presumptioni deputa/
bitur et vane glorie: non mercedis. Ergo
cum voluntate abbatis omnia agēda sunt.
¶ De fratribus qui longe ab oratorio la-

borant aut in via sunt. Capitulum.l.

FRatres qui omnino longe sunt in labore: ⁊ non possunt occurrere hora competenti ad oratorium: et abbas hoc perpendit quia ita est: agant ibidem opus dei vbi operantur: cuȝ tremore diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt nō eos pręteriant horę constitutę sed vt possunt agant sibi: et seruitutis pensum non negligant reddere.

¶ De fratribus qui non satis longe proficiscuntur. Capitulum.lj.

FRatres qui pro quouis responso proficiscuntur ⁊ ea die sperant reuerti ad monasterium non pręsumant foris manducare: etiam si a quouis rogētur nisi forte eis ab abbate suo pręcipiatur. Quod si aliter fecerint excōmunicentur.

¶ De oratorio monasterij. Capitulum.lij.

ORatorium hoc sit ꝙ dicitur nec ibi geꝗ̄ aliud geratur: aut condatur. Expleto opere dei: oēs cū summo silentio exeant ⁊ agatur reuerentia deo: vt frater qui forte sibi peculiariter vult orare nō impediatur alteri⁹ improbitate. Sȝ si alter vult sibi forte

secretius orare: simpliciter intret et oret non in clamosa voce sed in lachrymis et intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit: non permittatur expleto opere dei remorari in oratorio: sicut dictum est: ne alius impedimentum patiatur.

De hospitibus suscipiendis. Cap. liij.

Omnes supervenientes hospites tanquã xp̃s suscipiantur: q: ipse dicturus est. Hospes fui et suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur. maxime tamẽ domesticis fidei et peregrinis. Ut ergo nunciatus fuerit hospes. occurrat ei a priore vel a fratribus cũ omni officio caritatis: et primitus orent pariter et sic sibi socientur in pace quod pacis osculum non prius offeratur nisi oratione premissa propter illusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus inclinato capite: vel ꝓstrato omni corpore in terra christus in eis adoretur qui et suscipitur. Suscepti autem hospites ducantur ad orationẽ et postea sedeat cum eis prior aut cui iusserit ipse: Legatur coram hospite lex divina ut

edificetur. et

edificetur. ⁊ post hec omnis ei exhibeatur humanitas. Jeiunium a priore frangatur ppter hospitem: nisi forte precipuus sit dies ieiunij qui non possit violari. Fratres autem cōsuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam in manibus abbas hospitibus det: pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lauet: quibus lotis hunc versū dicant. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum autem ⁊ peregrinorum maxime susceptio oī cura sollicite exhibeatur qr in ipsis christus magis suscipitur. Nam diuitum terror ipse sibi exigit honorem.

Coquina abbatis ⁊ hospitum per se sit. vt incertis horis superuenientes hospites: qui nunq̄ desunt monasterio non inquietent fratres: in quā coquinam ingrediātur duo fratres ad annum: qui ipsum officium bene impleant. Quibus vt indigent solacia administrent: vt absq̄ murmuratione seruiant. Et iterum qn̄ occupationem minorem habent exeant vbi eis imperatur in opera: ⁊ non solum in ipsis: sed ⁊ in omnibus officijs monasterij ista sit consideratio

vt quādo indigent solatia accōmodētur eis. Et iterum quādo vacant obediant imparati. Item & cellā hospitum habeat assignataz frater cuius animā timor dei possideat: vbi sint lecti strati sufficienter: & domus dei a sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autem cui non pcipitur nullatenus societur neqꝫ colloquatur. Sed si obuiauerit aut videri ... salutaris humiliter vt dictum est & petita benedictione pertranseat: dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

¶ Si debeat monachus litteras vel eulogia suscipere. Capitulum. liiij.

Nullatenus liceat monacho nec a parētibus suis: nec a quoqꝫ hominum: nec sibi inuicē lr̄as aut eulogia vel quelibet munuscula accipere aut dare: sine pcepto abbatis sui. Quod si etiam a parentibus suis ei quicqꝫ directum fuerit non psumat suscipere illud nisi prius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: & nō contristetur frater cui forte directuz fuerat vt non detur occasio diabolo. Qui autem aliter presumpserit discipline regulari subiaceat.

¶ De vestiũtis vel calciamẽtis frũz. C.lv.
vbi dictū est eum esse debere discretuz. Itez nec maledictus. Sermo.n.maledictus frequenter in maledictionē loquētis reuertit. sicut dicit btūs Aug⁹. Sicut auis in ventū volans: aut passer quolibet vadēs: sic maledictū frustra platum venit supra illum qui misit illō. Et Hiero. ait. Qui negligūt oris maledicti ɔsuetudinē resecare: etiā si nō cor de maledicant: tñ imūditiam labiorum fm ysaie verbū: ⁊ inquinamēta oris incurrunt. Nec detractorius fmo dȝ esse. Unde auteri us papa referēs nicenę synodi inter cetera dixit. Caueat vnusqsqȝ ne aut linguam aut aures habeat prurientes.i.ne ipsę aut alijs detrahat: aut alios detrahentes audiat. Et post pauca. Parcāt singuli detractorijs linguę custodiātqȝ sermones suos: ⁊ discant ⁊ sciāt: qꝛ cūcta quę de alijs loquenf: sua etiā snia iudicabuntur. De adulatione pulchre btūs Greg. dixit sup illo verbo. Ipse ędificabat parietē: ipsi aūt liniebant eum. Parietis qppe noīe peccati duritia designaf. Edificare qdem parietē est ɔtra se quēpiam peccati obstacula ɔstruere. Sed parietez liniūt qui peccata ppetrantib⁹ adulanf. Ut qȝ illi

puer se agētes edificant: isti adulātes quasi nitidū reddant. Itē de adulatione et adulationis malo. Aug'. ait. Nemo piorum et prudētium putet q minus sit piculū in verbis lingua mētiēdo: q̄ manibus sanguinē fundendo. Melius est. n. ppter veritatem pati supplicium: q̄ pro adulatione bñficiū. ¶ Ultimū quidem qd̄ reqrit ad cōuersionis verbum est q non sit murmuratorium Unde beatus Benedictus ait sic. Hoc ante omnia admonentes: et absque murmurationibus sint. Idē. Nam cū malo animo si obedit discipulus: et non solū ore: sed etiā in corde si murmurauerit: et si impleat iussionē tñ iam acceptū nō erit deo: qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullā cōsequit gratiam imo penā murmurātiū incurrit si nō tñ satisfactione emēdauerit. Murmuratio enim in corde et in ore grauissimam habet culpā: et ideo ad grauem obligat penā sicut dicit apl's ad Corin. Neq3 murmurauerītis sicut quidā illorū murmurauerūt: et perierunt ab exterminatore. Murmur enim nō est solūmodo cōtra officialē vel prelatum s3 est expresse: ac specialiter cōtra deum, sicut

moyses de se dixit ad aaron in exodo. Nos enim qd sumus qr murmurastis ɔtra nos nec cõtra nos est murmur vestrum: sed ɔtra deũ. verũ ẽ murmuratio signũ corporis voluptuose nutriti: ⁊ cordis indisciplinati. De corpore nutrito voluptuose ⁊ idcirco in religionis abstinẽtia murmurãte põt intelligi qḋ legit̃ in exodo. Murmurauit oĩs cõgregatio populi israel ɔtra moysen ⁊ aaron in solitudine: dixerũtqꝫ ad eos. vtinam mortui essemus in manu dñi in terra egypti: qñ sedebamus sup ollas carniũ: ⁊ comedebamꝰ in saturitate. Signũ indisciplinati cordis ẽ ɔtra corrigentẽ murmurare: qr disciplinatꝰ nõ murmurat correctus. sicut dr̃ in Ecclesiastico. Seruo sensato liberi seruiũt: ⁊ vir prudẽs ⁊ disciplinatus nõ murmurabit correptus. Nam disciplinatus tribulationem sustinet patient̃: ⁊ in timore stat dñi pseuerant̃er. Ac q̃rulosus improperiuꝫ suę murmurationis ⁊ impatiẽtię ꝓfert ɔtra deũ: ⁊ diabolus ptãtem accipit sup eũ: sicut ex libro iuditũ colligit̃. Oẽs q placuerunt deo p multas tribulatiões placuerũt fideles. Illi aũt qui tribulatiões nõ susceperũt cũ timore dñi: et

impatiētiā suā ⁊ improperiū suę murmurationis ꝯtra deū ꝓtulerūt exterminati sunt ab exterminatore: ⁊ a serpētib⁹ perierūt. His ergo cōsideratis ⁊ plene inspectis si linguaȝ laxādi licentiā habeas: circūcisuȝ te ac vtilem loquēdo demōstres: in quo nō sis insipiēs supfluus vel dānosus: ⁊ in oībus sis rationabilis nō verbosus: sicut btūs pr̄ nr̄ dicit. Undecim⁹ humilitatis gradus est: si qn̄ loquit̄ monachus leniter ⁊ sine risu humiliter ⁊ cum grauitate vel pauca verba ⁊ rōnabilia loquat̄. Et nō sit clamosus in voce sic̄ scriptū est. Sapiens verbis innotescit paucis: Taciturnitateȝ igit̄ te frater charissime habere cōsulo: ⁊ tūc nō peccabis in verbo sicut magister nr̄ ait. Non⁹ humilitatis gradus est si linguā ad loquendū ꝓhibeat monachus: ⁊ taciturnitatē hn̄s vsqȝ ad interrogationē non loquat̄. ¶ Ad exteriorē auteȝ ꝯuersionem: ⁊ si sit vtilis linguę cohertio: ⁊ verboꝝ moderatio: est tamē necessaria sensuū ordinatio. Est aūt ordinatio in sensib⁹ optima: qꝫ non permittant̄ dn̄ari vitia: sicut instruimur in Tobia. Supbiā auteȝ nunqȝ in tuo sensu: aut in tuo verbo dn̄ari permit-

tas. In ipsa initiū sumpsit ois pditio. Sen
sus.n.prudenter gubernat ostēdunt inha/
bitare virtutes in mēte sensati. sicut dicitur
in Ecclia. Ciuitates inhabitant per sensuz
prudentiū. Nota q magna dz esse differen/
tia inter seculariter viuētis sensum: et regu
lariter conuersantes. Quia non dz ambulare
in suoꝝ sensuum vanitate: quasi intellectus
obscuratus tenebrositate. Necꝫ viuat laica/
liter. Nam et laicus viuit quodāmodo gen
tiliter. Et caueat ab imūditijs pctóꝝ: vt nō
videat esse de numero despatoꝝ. De his pōt
intelligi monitio apli ad Eph. dicētis. Hec
dico et testificor in dño: vt iam non ambule/
tis sicut et gentes ambulant in vanitate sen/
sus tenebris obscuratū habentes intellectū:
alienatę a via dei per ignorātiā quę est in il/
lis: et ppter cecitatē cordis ipsoꝝ: qui despan
tes tradiderunt semetipsos impudicitię in
opationem ois imūditię. Est hō exterior co
hibēdus: vt sit habitus honestus: nō notabi
lis: pciositate: supfluitate: vel singularitate.
Risus clausus aut sit rarus et modestus.
Et incessus valde maturus. Nam ista enū
ciāt de eo qd est in monacho siue de bono si/

ne de malo vt dr in Ecclesiastico. Ex risu co-
gnoscit vir: et ab incursu faciei cognoscitur
sensatus. Amictus corporis et risus dentiu: et
gressus hois enunciant de illo. Si.n.membra
vestra ante puersioné fuerunt minus bñ co-
hibita: post puersioné debet ostendi munda
et iustificata. sicut dicit apls ad Roma. Si
cut exhibuistis mébra vestra seruire iniqta
ti et imüditie ad iniqtatem: ita nüc exhibe-
te seruire iustitie in scificationé. Hác doctri-
ná exterioris puersionis pulchre: nec min⁹
vtilr ministrat monacho btüs pr nr dicens.
Duodecimus hüilitatis gradus est si nö so
lü corde monachus: sz et corpe humilitaté
videtibus se semp indicet. i. in ope in orato
rio: in ministerio: in orto: in via: in agro: vel
vbicunq sedens ambulás vel stás inclina-
to sit semp capite: defixis ad terram oculis
reum se oi hora de peccatis suis existimans:
iá se repsentari tremédo iudicio existimet.
Exterior enim ostésio moderatiöis est argu
mentum scé puersionis et est vie pclusio de-
tractionis sicut dicit btüs Pet. Conuersa
tioné vestrá inter gentes habétes bonam: vt
in eo qd detractát de vobis tanq de malefa.

ctoribus ex bonis operibus vos cōsiderātes glorificēt deū in die visitatiōis. Nam in scā ꝯuersatiōe pseuerās monachus est nō tantū deo: sȝ etiā hōibus acceptus valde. De quo comēdatur thobias his verbis. In bona vita ꝛ ꝯuersatiōe scā pmāsit: vt acceptus esset tam deo ꝗ̃ cunctis hominibus terre.

¶ Capl'm. viij. in quo vere morum conuersionis impedimenta numerantur: ꝛ euitanda comprobantur.

Dicto de aliquibus que ad morū conuersionē faciūt: ꝯsequēter subiungit de illis ꝗ̄ scām ꝯuersionem ipediunt. Sunt aūt ꝯsuetudinū prauitas: mōasterij laxitas: pdicatiōis raritas: exemplaris corruptibilitas: ꝯuersi imo melius peruersi mala voluntas. ¶ Ad primū pōt dici ꝙ bonas: et malas impssiones recipit animus maxime in ꝯuersatione tenellus. Vñ. ver. Qd̄ noua testa capit inueterata sapit. Qñ enim incipit ad euellendū monachus viciuȝ laborare dū est tener satis erit facile: qd̄ in iam indurato eēt difficile. vñ refert hilarius a relatenū. de beato honorato ꝙ qñ seculū dimittere deliberabat sibi ipsi deliberando dicebat. Erue

mur ab his laqueis dñi minus tenemur. Fa cilius eni est tenella euellere: q̃ robusta sub scindere. Que enim in iuuẽtute apprehẽdũ tur in senectute nõ facile dimittunt. sicut di cit salomon in Prouer. Adolescens iuxta viam suam etiã cum senuerit: nõ recedet ab ea. Ecclesiastes. Peruersi difficile corrigũ tur. Ber. Dũs malus animus p̃usq̃ indu rescat malitia illius molliri põt: sed postq̃ induratus erit desperandum ẽ. i. raro sperã dũ. Virgule enim possunt dirigi si distorte fuerint: sed nequaq̃ possunt de facili si sunt trabes facte. Conandũ est igit in iuuentute scãm ↄuersionẽ incipere: et iugũ dñi ab ado lescẽtia portare. sicut legit in tre. Bonuz est viro cũ portauerit iugũ dñi ab adolescentia sua. Nam que quis mala in adolescẽtia di dicit: vt plerunq̃ pseuerando vsq̃ ad finez vite deducit. Vñ dicit in Job, ossa ei' reple buntur vitijs adolescẽtie sue: et cũ eo in pul uerem corruent. Durum enim est malã cõ suetudinez q̃ est altera natura exuere: et aliã nouaz induere. sicut legit in libro Judicũ. Nõ dimiserũt adinuẽtiones suas: et viã du rissimam per quaz ire ↄsueuerant. Ideoq̃

multū est monacho cauēdum: ne apphēdat ꝯsuetudines sclariū ſm dcū in Leuit. Iux ta ꝯsuetudinem terre egypti in qua habita stis nō facietis: ⁊ iuxta mores regionis cha naan: ad quā ego itroducturus sum vos nō agetis: nec in legitimis eorū ambulabitis. Faciat sibi igit monachus ꝯsuetudinem bo nam ꝯtra ꝯsuetudinē malam: affectū ⁊ dele ctationes cum dei adiutorio imutando: dele ctationes ⁊ affectus optimos apphēdēdo: sicut btūs Bern. Ad exuendū se de serui tutis necessitate: ad carnis sue dn̄antē ꝯsue tudinē accingat: necessitatē sibi faciens cō tra necessitatē ⁊ affectū sibi formans contra affectū: donec plenam mereat hīc delectatio nem ꝯtra delectationē. ¶ Circa scḋm impe dimentū qḋ est monasterij laxitas pōt consi derari breuiter: q vix aut nunq̄ serpēs di mitteret suam pellē: nec per ꝯn̄s renouaret iuuentutē: nisi ingrederet arctum foramen: Sic ⁊ monachus in laxo monasterio actus sclariū: vix dimittit: ⁊ sic per ꝯn̄s viam que est angusta ⁊ arcta eterne vite amittit. sicut dn̄s in Matth. Intrate ergo per angustā portā: quia lata est via ⁊ spaciosa: que ducit

ad perditionem: ⁊ multi sunt qui intrant per eam: ꝙ angusta porta ⁊ via que ducit ad vitá: ⁊ pauci sunt qui iueniūt eā. ℭ Tertium est pdicationis siue doctrine raritas. Doctrina spūalis timorē in corde audiētis in pncipio generat: sed post modū aiūm ad spem eleuat. Quantū vo dānum sustineat: qui ad timorē ⁊ spem cor suum nō applicat per se qsqꝫ sapiens videat. Primo qppe nō hꝫ cōmodum sue castigationis. Iteruꝫ nec hꝫ dulcedineꝫ mellis spūalis. De primo in Ecclīastico. Sapiētia filijs vitā spirat: ⁊ sequitur. Timorē ⁊ metum ⁊ pbationeꝫ inducet sup illum: ⁊ cruciabit illū in tribulatiōe doctrine sue: donec tēptet illum in cogitatio nibus suis: ⁊ credat aie illius ⁊ firmabit illum. De scdo habet in puerb. Comede fili mi mel q: bonum est ⁊ fauū dulcissimū gutturi tuo: sed ⁊ doctrina sapientie anime tue quā cum inueneris habebis in nouissimis spem: ⁊ spes tua nō pibit. ℭ Quartū est exēplaris corruptibilitas. Circa qd notanduꝫ ꝙ pdurantes in virijs vitiosi ēt iuitiis coz socijs pbēt multa exēpla magna ppetrandi ptā, sicut legit in Ecclīasti. Qui se iniūgit

fornicarijs neq̃ erit: putredo et vermes here-
ditabit illũ. et extollet in exemplum maius
Dampnabilis vero ẽ qñ maiores qui debent
eẽ exemplũ salutis nõ sumunt ad vtilitatem
suã exemplũ pene in dãnatis sed ipsi faciũt
se exẽplum in dãnationem alijs sicut beatus
iudas in cañ. ait. Sicut sodoma et gomorra
finitime ciuitates simili mõ exfornicate sũt
et abeũtes post carnẽ alterã facte sunt exem-
plum ignis eterni ignem sustinẽtes: similit
et hi qui carnẽ maculant. Et post pauca de
ipsis sequit. Hi aũt queq̃ ignorãt blasphe-
mant q̃cunq̃ aũt naturaliter tanq̃ anima-
lia muta norũt in his corrumpunt. ¶ Ad
qrtũ et vltimũ qd̃ est mala volũtas dici põt
q̃ hoies sue voluntatis sequunt obediẽtiaȝ
diabolice prauitatis. Volũtas enim diaboli
est q̃ miser ambulet in desiderijs suis et cor-
ruat in diuersis pctis. Est eniȝ miser capt⁹
in eius carcere: et ideo facit eũ diuersimode
ruere. Et in via secũ ambulantẽ ꝓfundit: qꝛ
ſm ꝓpriam voluntatẽ vadit. De quibus oi-
bus sequẽtes auctoritates adaptãdo intelli-
gere potes. Apostolus dicit ad Thi. Seruũ
aũt dñi nõ opȝ litigare ſȝ mansuetum eẽ ad

oēs docibilē patientē cū modestia corripien
tem eos qui resistunt veritati. neqñ det illis
deus pniam ad cognoscēdū veritatem: ꝛ re
sipiscāt a diaboli laqis a quo capti tenētur
ad ipsius voluntatē. Et btūs Pet. in can.
Sufficit enim pteritum tps ad voluntatem
gentiū cōsumandā. Qui ambulauerūt in lu
xurijs in desiderijs vinolētijs cōmessatoīb⁹
potationibus ꝛ ebrietatibus ꝛ illicitis ydo-
lorū cultibus in quo admirant nō corruen-
tibus nobis in eandē luxurie ꝯfusionē blas
phemantes. Itē Ecclesiastic⁹. Cum audace
non eas in via ne forte grauet sua mala vi-
tę. Ipse enim fm voluntatem suam vadit: et
simul cum stulticia illius peribis.

¶ Capl'm. ix. in quo agit de obediētia: ꝛ de
his qui sub obedientia degunt.

SUperius put ministrauit dñs dictū
est de duabus pfectionis ptibus. s. de
stabilitate ꝛ moꝝ ꝯuersione. Nūc sequit ter
tia pfectionis ps de obedientia ꝛ eius cōmē
datiōe quā psecuturus sum cū illius auxi
lio: q obediens deo patri vsq ad mortē fuit.
Qui ꝛ in veteri testamēto mādata obedien-
cie dedit: sed in sui sanguinis effusione in no

uo obedientię mãdata cõpleuit. ¶ Intẽdo igit̃ ꝓcedere sic. Primo obedientia deſcri/betur. Scdo qualiter ſit implenda tractabi/tur. Tertio aliqd de eius cõmẽdatione age/tur. Quarto malum inobedientię ac inobe dientis pęna monſtrabitur. ¶ Obedien/tia enim ſic deſcribitur Obedientia eſt vo/lũtas faciendi pręceptum ſupioris. Item. Obediẽtia eſt ſubiectio: qua hõ ſpontaneę dei intuitu alterius hois volũtati ſubdit̃. Itẽ. Obediẽtia eſt obtempatio ſm regulã ſacrę ſcripturę maioribus debita. Itẽ obediẽtia eſt ſpõtaneum ⁊ rõnabile ꝓprie volũtatis ſa crificiũ. Item. Obediẽtia eſt ꝓprie volunta tis abnegatio. Ego aũt dico. Obediẽtia eſt humilis abiectio ꝓprię volũtatis: qua qs ſe abnegat ꝓpter deũ: vt nõ ſuam ſed alterius prõpte ſequat̃ in oibus voluntatẽ. ¶ Hęc enim obediẽtia dꝫ eſſe volũtaria prompta ⁊ integra. ¶ Volũtaria.n. eſt illa obedientia quę ex pura cordis volũtate ꝓcedit. Hęc cõ mendat̃ ab aplo: ꝙ pſtet a peccatis liberati/oneꝫ: ⁊ plenã libertatẽ ↄtra peſſimam ſerui tutem. ad Rom. Gras aũt deo ꝙ fuiſtis ſer ui peccati: obediſtis aũt ex corde in eam fo

mā doctrinę: in qua traditi estis: libati autē a peccato: serui facti estis iustitię. Per hāc icedere: ⁊ deduci obediētię semitā desiderabat Psal. dicēs. Deduc me dn̄e in semitaȝ mandatoꝝ tuoꝝ: qꝛ ipsaȝ volui. Et ꝙ hoc sacrificiuȝ sit volūtarię offerendū. idē Psal. dicit. Volūtarię sacrificabo tibi. De hac ēt btūs Benedictus sic ait. Obedientia quę maioribus ꝑbet: deo exhibetur. Et subiungit. Ipsam cum bono aio a discipulis ꝑberi opȝ: quia hylarē datorem diligit deus. Opȝ etiā ꝙ sit in obediētia volūtaria hylaritas: quę in vultu ⁊ in sermonib⁹ ostendat: qꝛ nō libenter ostēdēti tristitiā impatur. Vn̄ pulchre ait btūs Ber. Serenitas in vultu dulcedo in smonibus multū coronāt obedientiam obsequētis. Nubilosa corpis compositio: ⁊ facies tenebris tristitię obfuscata deuotionē ab aio recessisse significant. Quis eni libenter impat homini tristitiam indicanti. ¶ Debet etiā esse prōpta: qꝛ illā cōmendat psal. dicēs. In auditu auris obediuit mihi. Item btūs Bn̄dictus. Primus humilitatis gradus est obediētia sine mora. De hac etiaȝ prōptitudine volūtarię obediētię bea-

tus Bern. sic ait. Uerus obediēs mādatū nō ꝓcrastinat: sed parat oculos visui: aures auditui: linguā voci: manus opi: pedes itineri: ⁊ sic se totū colligit interius: vt ꝓcipiētis colligat interius volūtatē. Nec discordauit doctrina discipuli. scilicet beati Bern. a sui ⁊ nostri institutione magistri beati Benedicti. dicentis. Mox cum aliquid a maiore imperatum fuerit: ac si diuinitus imperetur morā pati nesciāt in faciēdo. Et post pauca. Ergo hi tales relinquētes que sua sunt: ⁊ volūtatem propriam deserentes: mox ex occupatis manibus: ⁊ quod agebant imperfectum relinquētes vicino obedientię pede iubētis vocē factis sequunt ⁊ veluti vno momento ꝓdicti magistri iussio ⁊ pfecta discipuli opera in velocitate timoris dei ambę res citius explicant: ⁊ sequitur. Sine dubio hi tales illam dñi imitantur sniam: qua di. Nō veni facere voluntatem meā: sed eius q misit me. Sed h ipsa obedientia tūc accepta bilis erit deo: ⁊ dulcis hominibus: si qđ iubetur nō trepide nō tarde aut tepide aut cū murmure vel responso nolentis efficiatur.
¶ Preterea obedientia dꝫ esse integra: vt

nihil minus aut aliter fiat q̄ imperat: sz to
tum illud ꝛ p illum modū quo ꝑcipitur effe
ctu humillimo cōpleat. Sic ille tūc deuotus
populus in libro Josue ad deū dixisse legit.
Oia que precepisti nobis faciem⁹: ꝛ quocū
q̄ iusseris ibimus. Sicut obediuim⁹ in cū
ctis moysi ita obediemus ꝛ tibi. Quicunq̄
ꝯtradixerit ori tuo ꝛ nō obediuerit cunctis
sermonibus quos ꝑceperis ei moriat. Hec
integritas obediētie i psona Josue cōmen
datur: cum de eo in li. Josue dī Sicut prece
perat dn̄s moysi seruo suo: ita ꝑceperat moy
ses Josue: ꝛ ille vniuersa compleuit. nec pre
teriijt eum de vniuersis mandatis eius nec
vnum quidē verbū. Hec aūt obediētia dz
esse adeo itegra: vt q̄uis in his que ꝑcipiū
tur cōtra deū discretio sit seruanda: sicut in
ꝑncipio voluminis potes videre in alijs ta
men oibus dz totam suam discretionem ad
obediendū discipulus captiuare sicut dicit
btūs Ber. Perfecta obediētia ē maxime
in incipiēte indiscreta. Hoc est nō discerne
re: qd aut quare ꝑcipiatur: sed ad hoc tm̄ ni
ti: vt fideliter ꝛ humiliter fiat: qd a maiore
ꝑcipitur. Idē. Nouitius stultus fiat vt sit
sapiēs

sapiens. Et hoc etiã sit ois eius discretio hoc ois eius sit sapia vt in hac parte nulla sit discretio. Consummatam vero: et pfectaʒ obediẽtiam ondit idem btũs Ber. dicens. Discretionis locum fratres in nobis suppleat obedientie virtus vt nihil plus nihil minus nihil aliter q̃ imperatũ sit faciatis. Tanta igitur dʒ esse pfectio in nostra obedientia: vt ꝓpter eius bonum agrediamur etiã impossibilia si a maiore fuerint imperata sicut beatus pater nr̃ dicit. Si alicui fratri aliq̃ forte grauia aut impossibilia iniungunt suscipiat quidẽ iubentis impium cũ omni mansuetudine et obedientia. Et. j. vsq ibi. Ex charitate cõfidens de adiutorio dei obediat. Pares igitur obedientie cũ dei adiutorio ꝯseruemus et voluntarie prompte et integre obedire curem⁹ vt obedienti dei filio in nostra obedientia placeamus eiusq membra obediẽdo vsq ad mortem perseuerãtes efficiamur. ¶ Sane obediẽtium status põt multipliciter cõmendari: et obediẽtia vt res charissima: dʒ charissime obseruari. Quia signũ est maxime dilectionis obseruatio mandatoꝝ in obediẽtis opꝑe. sicut legitur in Joañ.

Qui audit verba mea: et facit ea ipse est qui diligit me. Item. Nius obediētis est domus et mansio trinitatis. in Ioā. Siquis diligit me sermones meos servabit: et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus et apud eū mā sionē faciemus. ¶ Est aūt obediētia cōmē dabilis: quia possibilis: quia suauis: seu dulcis: quia triumphalis: quia vitalis: quia placabilis. Per ipsam etiā obediens aliis preficit creaturis: per eam impera dei frater efficit: ad eius preces quasi obediēs inclinat. ¶ Est igitur obedientia possibilis: et si aliqn̄ videat diffi cilis. Nam nūq̄ vltra q̄ hūana nā portare possit: scriptura vel platus pcipit: nec supra hoiem statuit aut iniūgit. Et si aliqn̄ beatus Bn̄. mādat aliqd districtius: vt mores emē demus in melius. sicut legit in Deut. Mā datum h qd̄ pcipitur tibi hodie nō supra te est. neq3 pcul: nec in celo situm: vt possis di cere quis nr̄m ad celū valet ascendere: vt de ferat illud ad nos: et audiamus atq3 ope cō pleamus: neq3 trāsmare positū: vt causeris et dicas. Quis e nobis transfretare poterit matre: et illud ad nos hucusq3 deferre: vt possimus audire et facere qd̄ pceptū est: sed

iuxta est sermo valde: in ore tuo et corde tuo vt facias illum. Item beatus Jo. in cano. Hec est enim charitas: vt mādata eius custodiamus et mādata eius grauia nō sunt. ¶ Itē obedientia est suauis et dulcis: quoniam dominus posuit suaue iugū et leue: nō aspum et difficile sicut legit in Matth. Iugū .n. meuz suaue est: et onus meū leue. psal. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua. etc. Et in Ecclesiastico. Agnoscēt qui derelicti sunt: quoniam nihil melius quam timor dei: et nihil dulcius quam respicere in mandatuz domini. Nam habito respectu ad vite eterne perpetuam amenitatem et damnationis perpetue eternam durabilitatem: et intolerabilem acerbitatem: mādata dei: et cuiuslibet sui vicarij: sunt quedam quasi charissimi amici consilia animum sapientis valde dulcorātia dū animū subditi ad vitā adijciunt: et mortē effugere instruunt. Et quoniam hec consilia saporantur: anima his sanis cōsilijs dulcoratur. sicut in Prouer. dicitur vnguētis et varijs odoribus delectatur cor: et boni amici cōsilijs anima dulcoratur. ¶ Itē est obediēcia triūphalis. Nam illū qui libenter obedit deo: eū deus succumbere

in vitiorum bellis de facili nō pmittit sicut Salomon in Prouer. dicit. vir obediēs loquet victorias. In plurali dicit victorias vt obedientiā frequent vincere scias. Qui portat iugum patienter obedientię maior rex est q̃ qui multas expugnat vrbes fortiter. Et qui animi sui dñium p obediētiā meretur expugnato ri mltarum vrbiū antefert: sicut p Salo. in Prouer. di. Melior est patiēs viro forti ꝛ qui dñatur aīo suo expugnatori vrbiū.

¶ Itē obediētia ē vitalis. Ad vitam enim obseruatio mādatorū pparat ꝛ eternę vitę ingressū donat. sicut i Mat. Si vis ad vitā ingredi serua mandatū. Nec mirū si ad vitā ingrediamur p mandatū. Ipsa enim sunt eterna vita: sicut legit in Job. Qui misit me pater ipse mihi mādatū dedit qd dicā ꝛ quid loquar. Scio qd mandata eius vita eterna ē. Et in Prouer. dicit sapia. Fili mi custodi sermones meos: ꝛ pcepta mea recon de tibi. Et sequit. Serua mādata mea ꝛ viues: ꝛ legē meam quasi pupillam oculi tui.

¶ Itē obediētia est placabilis: qr est victima prę alijs deo amabilis. Vñ in li. Regū. Obedientia sacrificijs prefert vbi sic legit.

Nunqd vult dñs holocausta aut victimas: ꝛ nõ potius vt obediat voci dñi? Melioꝛ ē enim obediētia ꝙ̃ victima. ꝛ auscultare magis ꝙ̃ offerre adipem arietum qm̃ quasi peccatum ariolādi ē repugnare: ꝛ quasi scelus ydolatrie nolle acqescere. Obedire nãq; est quasi quoddā sacrificiū salutare in quo nō soꝫ ozō apud deū noscit impetrare ꝙ nō solum ozās obediens exaudit. Sꝫ etiā petitiōis eiꝰ efficacia multiplicatur. Sicut legit in ecclesiastico. Qui obseruat legē multiplicat ozationē. Sacrificiū salutare est attēdere mandatis ꝛ discedere ab omni iniquitate. Obediētia qppe est quidā gladius liberi arbitrij suꝑbiā domās monachū immolādo deū eidē placās de facili sicut dicit btūs Greg. Deū tāto citius quisq; placat quāto repꝛessa arbitrij superbia gladio ꝑcepti se imolat. ¶ Item obediēs alijs ꝑficitur q2 alijs excellentioꝛ efficit ꝛ ē posterioꝛ nullis: caput oībus: nō inferioꝛ alicui: cauda nulli. Hoc expꝛesse in deutero. ꝑbatur. vbi sic legit. Si audieris vocē dñi dei tui: vt facias ꝛ custodias oia mandata eius: que ego ꝑcipio tibi hodie faciet te dñs deus tuus excelsioꝛē cūctis gē

tibus: que versant sup terrā. Item in eodē custodiet te dn̄s in caput: ꝛ nō in caudam: ꝛ eris sup ꝛ nō subtus. si audieris p̄cepta dn̄i dei tui: que ego p̄cipio tibi hodie ꝛ custodieris ꝛ feceris: ac non declinaueris ab eis. Et merito q2 dignus est p2eesse qui discipulus p̄us fuit. Unde Canon. In magistrum nō debet assumi qui formā discipuli nō assumpsit. nec p̄esse dignus est: qui subesse nō nouit. ¶ Creaturis etiā per obedientiā libere imparatur: ꝛ ab eis obediendo paret. sicut p3 in Josue. de quo supius tactum fuit: ꝙ nec vnū verbū de mandatis eius p̄teriit: cui sol obediuit qn̄ sibi impando dixit. Sol cōtra gabaon ne mouearis. Et seqt. Steteruntq3 sol ꝛ luna: donec vlcisceret se gens: de inimicis suis. Nam obediēs ꝛ fidelis trāsplātat arbores: ꝛ mouet montes. sicut legit in Luca. Si habueritis fidē sicut granu3 sinapis ꝛ diceretis huic arbori mō eradicare: ꝛ transplantare: in mare obediet vobis. Et in Math. Diceretis mōti transi hinc ꝛ transibit: ꝛ nihil ipossibile erit vobis. Patet etiā obedientie virtus: in h̄ qd̄ egit beatissimus maurus: qui sicut dī in dyalogo obediens

patri suo et nro sup aquas siccis pedib9 am-
bulauit: et a submersione btm placidu3 libe
rauit. Ego aut non miror: si totus mūdus
obediēti obediat: qui ppter deū se totum al-
teri donat. Et qz nihil sibi de se retinet iuste
oibus creaturis peminere dz. ¶ Obediēs
etiam frater dei efficit. sicut in Matth. dr.
Quicūq3 fecerit volūtaté patris mei qui in
celis est: ipse me9 frater et soror et mater est.
Iste deo valde ppinquus: qui est dei frater
fact9. Nec soror est solum et frater et mater.
Sed est deo intimus et charissimus. sicut le
gitur in Ecclastico. In iudicando esto pu-
pillis misericors: vt pater et pro viro matri il
lorū: et eris velut filius altissimi obediens. et
miserebitur tui magis q3 mater. Hūt eni3
obedientes secū totā trinitaté: et spūm sctm
spāliter et effectū. sic legit in Act. Et nos te
stes sumus hor verbor: et spūs scūs: qué de
dit omnibus obediētibus sibi. ¶ Deus in
super: qz obediés: obediētis pcibus inclina
tur. Obediés. n. quodāmō a deo dñari sibi
permittit dum facit quicqd ab ipso obediē-
tis pcibus postulat: sicut in Iosue legitur.
Stetit itaq3 sol in medio celi et nō festinauit

decũbere spatio vnius diei. Nõ fuit visa an-
tea hac prius ea taz lõga dies obediente deo
voci hois τ ꝓpugnãte pro israel. Hinc bea-
tus Greg. dicit. Si obediẽtes sumus ꝓposi
tis nostris obediet deus orõnibus nostris.
❡ Obediẽtia superius cõmẽdata: videndũ
est de inobedientium culpa vel pena. ❡ Est
sciendũ ꝙ inobediẽs qui vocez dei: vel plati
in obediẽdo nõ audit se mẽbrũ dei nõ eẽ osñ
dit. Deus eius ei maledicit. Tẽporalẽ penã
incurrit. Dignitatẽ amittit. Et execrabilis
fit. Et deus eum eternaliter punit. ❡ In-
obediens τ vocẽ dei vel eius ministri nõ au-
diẽs cũ deo nõ obediat se mẽbrũ non esse dei
demõstrat. sicut Jo. in can. sua ꝓbat dicens.
Nos ex deo sumus: q nouit deuz audit nos.
Et veritas in Joan. Qui ex deo ẽ verba dei
audit: ꝓpterea vos non auditis qꝛ ex eo non
estis. Jdeo a deo dimittitur: suis desiderijs
derelinquit: τ vt alienuz mẽbrũ τ in deũ par
tem nõ habẽs in suis auersionibus ire per-
mittit. Vñ p psal. di. Nõ audiuit populus
vocẽ meã: τ israel nõ intendit mihi. Dimisi
eos ꝫm desideria cordis eoꝝ: ibunt in adin-
uẽtiõib⁹ suis. ❡ Jtẽ inobediẽs maledictio

nem incurrit. sicut Joānes ostendit dicens.
Maledictus vir q nō audierit verba pacti
huius qd pcepi prib9 vestris in die qua edu
xi vos d terra egypti de fornace ferrea dicēs
Audite verba mea et facite oia que precipio
vobis: et eritis mihi in populū: et ego ero vo-
bis in deum. Et in deutero. Maledictiones
incurrit qui legē nō intelligit. vbi di. Si no-
lueris audire vocez dñi dei tui: vt custodias
et facias oia mandata eius et cerimonias q̄
ego pcipio tibi hodie venient sup te oēs ma-
ledictiōes iste. Et maledictus eris in ciuita
te. Ex ista maledictione daf in reprobū sen
sum ita vt inobediens habeaf semper insen-
satus: et reputef quodāmō fascinat9. sicut di
cit apls ad Gal. O isensati galate quis vos
fascinauit veritati nō obedire? ¶ Inobedi-
ens pterea tpalem penam incurrit. Naz ip-
se et sua diripiuntur: vituperio exponif: fabu
la et derisio efficitur: etiā cōpedū pena dā-
natur. Vñ in Thob. di. Qm̄ nō obediuim9
pceptis tuis ideo traditi sumus in direptio
nem et in captiuitatem et mortem et fabulā et
improperiū oibus nationibus in qbus disp
sisti nos. Et in Daniel. Non obediuimus

fuis tuis prophetis q locuti sunt in noie tuo Et sequitur. Nobis aut cõfusio faciei sicut e hodie viro iuda & habitatoribus in hierusalem. Et sicut videmus hodie ad litterã fieri: dignuz est q dñs monachos & psonas in qbus obedientia nõ regnat multis afflictionibus: & diuersis tribulatiõib9 afficiat: & ipsos cum vacẽt occupationib9 atterat: qui ptẽnunt mandatis dñicis & suis supiorib9 obedire. Et possit illis illa Eccli. snia cõuenire. Seruo maliuolo tortura: & cõpedes: mitte illum in opationẽ: ne vacet. Et sequit. q si nõ obedierit. graua illũ cõpedibus. ℭ Inobediens insup amittit dignitatem ppriã: vt pz per Saulẽ cui in li. Regũ: dictum est per samuelem. Faciet tibi dñs sicut locutus est in manu mea: & scindet regnuz de manu tua: & dabit illud pximo tuo dauid: qz non obedisti voci dñi. Iste quã pmereri poterat: amittit gliam dignitatis: & incidit in gladiuz penalitatis. sicut in Iob legitur. Si audierint & obseruauerint: cõplebunt dies suos in bono: & annos suos in glia. Si autẽ non audierint transibũt per gladiũ & in stultitia cõsumẽtur. ℭ Inobediens est execrabilis: vt po

te apud deum excōicatus:cuius oratio non exauditur. sicut legit in Prouer. Qui decli nat aurem suā ne audiat legē oratio ei⁹ erit execrabilis. Exauditur eniȝ certissime oratio obedientis:nec exaudiunt multa oratio-num milia ɔtēnentis. Unde btūs Aug⁹. in li. de ope monachoꝝ. Citius exaudit oratio vnius obedientis:q̄ȝ decem milia ɔtēptoꝝ. Inobedientes aūt apl's ita noiauit:quos vt excōicatos ad coꝝ ɔfusionē vitari mādauit: scribēs ad Thess. Siqs nō obedierit verbo vestro per eplam hūc notate: ⁊ nō cōmiscea-mini cum illo: vt ɔfundat. ¶ Inobediētes etiā puniunt: q: a terra viuentiū: que pmit-tit obediētibus: excludunt. sicut in li. Nu-meri legit. Oēs hoies qui viderūt maiesta-tem meā: ⁊ signa que feci in egypto: ⁊ in soli tudine: nec obedierunt voci mee: non vide-bunt terrā quam iuraui patribus eoꝝ. Qui eniȝ nō obedit voci plati: dānabitur ppetua morte: vt habet in Deut. Qui autem super bierit nolēs obedire: sacerdotis impio: qui eo tpe ministrat dño deo suo: ⁊ decreto iudi-cis morieẗ homo ille: ⁊ auferes malū de do-mo israel. Et aduersarius ei oīs ppl's obe-

dientiū: & sanctoꝝ ciuium. & in eum deseruiant: vt in contumacem: & ꝑteruum: & contēnentem patris & matris imperium, sicut legitur in Deutero. Si genuerit homo filiuꝫ ꝯtumacem & ꝑteruū qui nō audiat patris & matris imperium & cohercitus obedire contempserit: apphendēt: & adducēt eū ad seniores ciuitatis & morieꝛ. Nā & inobediens priuatur celesti gloria. & in interitū pena debeꝛ ei eterna sicut apl's ad Thessa. Qui non obedierint euangelio dñi nostri iesu xpi. dabūt penas in iteritū eternas remoti a facie dñi & gloria virtutis eius. Naꝫ talis luctu & tarda pnia dignus vocē illam dabit penis eternis adiect⁹ de qua Salomon in Prouer. loquiꝛ. Cur detestatus sum disciplinā: & increpatiōibus nō acquieuit cor meū: nec audiui vocem docentiū me: nec magistris inclinaui aurē meā? Pene sum in oī malo in medio ecclesie & synagoge. Vidisti iam obedientiū ꝑmia: acquire obedientiū merita: attēde cōtumaciū supplicia: stude obedientie adherere: inobediētiū sortē fugere. Nam obedientia coronaꝛ: & loco glorie ꝑdicaꝛ: sicut dicit apl's ad Rom. Obedientia vestra in omni

deo divulgata est.

¶ Caplm. x. in quo questio vtrum contéta in regula sint pcepta ponitur & disputatur.

Tribus professionis ptibus: sm qd ministrauit dñs pertractádo premissis. Nunc in vltima particula prime ptis qstio é subijcieda: q in pncipio voluminis fuit totius opusculi pma cá. De hac igit qstione sic qrit: An oia sint pcepta que in ptis nri regula ptinent? vtrûue nihil in ea pcipiatur? Aut aliqua sint monita vel psilia? Item & si dicant oia pcepta: vtrû sint ad penâ eternâ obligatoria? Itê si dicant oia monita vel côsilia an sint in monacho qz in alijs grauiora? Et pterea si aliqua pcepta esse determinent que sunt illa ex quib9 transgressores ad culpam mortalé obligâtur. Postremo si aliq sint consilia culpâ aggrauantia veniale: quâtum aggrauât magis in monacho: qz in alia quacuqz psona? ¶ Sane lz vltra vires estimem hanc qstioné: vt in pncipio tetigi: enodare: cogor tñ frequétibus pulsationib9: prout deus dederit respódere. Et ptestor qp nô respódeo vt magister: sz vt discipulus regulequ minister. Nec mô scholastico disputan-

do: sꝫ mō monastico cōferendo. Et quicqd sim dicturus nō intēdo iudicare de legis no stre virib⁹: qꝛ mihi nō pmittitur: nec licꝫ: sꝫ ꝺm ipsam ꝺmo me⁹ totaliter eē dꝫ. Sanct⁹ enim q eā instituit: tūc de ipsa iudicauit. Sꝫ iam ea cōstituta nil mihi lꝫ ꝯstituere super ea: sicut in li. de vera religione. de legibus se cularium btūs Aug⁹. ait. In istis tpalibus legibus: q̄q̄ꝫ de his hoīes iudicēt: cū eas in stituerint: tñ cū fuerint institute ac firmate nō licebit iudici de his iudicare: sꝫ ꝺꝫ ipsas.

Quod vo tota regula sit p̄ceptū innuit verbū in ipso principio regule positū. Ausculta o fili p̄cepta magistri. Itē ꝛ aliud Ergo pparanda sunt corda ꝛ corpa nostra sancte p̄ceptoꝝ obedientie militatura. Iteꝫ ipse pater ꝛ magister m̄dat: vt in omnib⁹ oēs magistraꝫ sequant̄ regulā: nec ab ea te mere declinetur a quoq̄ꝫ. Igit̄ si in oībus ꝛ ab oībus: regula sequenda est: nec a quoq̄ꝫ temere declināda: nullus ab aliquo institu to regulari excusabit̄: ꝛ in oībus ex p̄cepto debebit seruari. Ergo tota p̄ceptum esse vi det̄. Preterea btūs Bñ. regulares obserūā tias: seruitiū sctm̄ appellat: ꝛ illud etiā mo

machos ꝓfessos fuisse indicat: vbi ipse dicit: propter seruitiū sanctum quod ꝓfessi sunt. Sed qd ꝓfitet quis solēniter vouet: ⁊ si fiat ꝯtra votum solēne: culpam mortalē habet. Ergo facere ꝯtra votum ꝓfessionis: erit causa culpę mortalis. Sed ꝓfessi sumus seruitium sanctę regulę: ergo faciēdo contra erit peccatū mortale. Item si btūs Bñ. vana verba ociosa: ⁊ risum mouentia: eterna clausura dānauit: ⁊ ista sunt in alijs: qui non sunt ꝓfessi regulā: peccatū veniale: sed in monacho dānabile: si illud qd minus videt inesse iest: culpa dānabil: ⁊ illa magis q̄ videt̄ incē inerūt culpa mortalis erit. Sicut ieiunia regulę violare: carnes comedere: ⁊ ꝓpriū hēre. Ergo in alijs quę sunt maiora: q̄ꝫ verba ociosa ⁊ silia: monachus qui cōmittit peccatum mortale incurrit. De ꝓmissis autem btūs Bñ. sic dicit. Scurrilitatē ꝟo vel verba ociosa: ⁊ risuꝫ mouentia eterna clausura in oibus locis dānamus: ⁊ ad talia eloquia discipulum apire os non pmitimus. Item multū facit ad hoc qd scissimus pater nr̄ dicit. Si habita secū deliberatione ꝓmiserit se oia custodire: ⁊ cūcta sibi imperata seruare

tunc suscipiat in ↄgregatione. Cum ergo il-
le qui recipit: se oia custodire polliceatur: si
aliqd ipsoꝝ transgredit: ꝓmissio votũ ⁊ pro
fessio violant. Ergo hoc peccatũ mortale eē
videt. Jtē ex verbis ēt pris nri sumit argu-
mētũ: ꝙ videt esse sup oia argumētũ cũ di-
cit. Suscipiēdus aũt in oratorio corā oibus
ꝓmittat de stabilitate sua ↄuersione moruȝ
suoꝝ ⁊ obedientia coram deo ⁊ sanctis suis.
Et sequit terribile verbuȝ ⁊ valde ꝓfitenti
bus metuēdũ cũ subdit: vt si aliqñ aliter fe-
cerit se a deo dānandũ sciat quē irridet. Jgi
tur cũ deus neminē dānet: sine pctō mortali
⁊ faciens ↄtra regulā subijciat eterne dāna-
tioni tota regula erit tale ꝑceptũ: qđ obligat
ad mortale pctũm. ¶ De iuribus aũt voti
⁊ ꝙ ea q̄ vouemus ex debito teneamur red-
dere: dicit btũs Augu. Sunt q̄dam q̄ nō vo
uentes debemus, quedā etiam q̄ nisi voueri
mus: nō debemus: Sed postq̄ȝ ea deo ꝓmit-
timus necessario reddere ↄstringimur. Ad
idem facit qđ eodem mō est ꝑceptũ de imple
tione voti ⁊ obseruantia iuramēti: sicut legi
tũr in li. Numeri. Siquis viroꝝ votuȝ dño
vouerit aut se ↄstrixerit iuramēto: nō faciet
irritum

irritum verbū suū:sed oē quod ꝓmisit im-
plebit. Nam vouere est ꝯsilij:sed reddere ē
ꝑcepti.vouere voluntatis:reddere necessita-
tis. Vñ psal. Uouete ꝛ reddite dño. Item si
dicimus ꝙ tota regula est ꝑceptū:si nō fiat
habebit suppliciū eternū sicut dicit beatus
Greg. Qd̄ ꝑcipitur imperaꝫ:qd̄ imperatur
necessitas est fieri:si nō fiat:pęnam hꝫ. Au-
gu. Qd̄ cęsar ꝑcipit ferendū est:qd̄ imperat
tolerandū. Itē de consilio ꝛ ꝑcepto ꝛ volūta
te ꝛ arbitrio dicit btūs Greg. Ubi consiliū
datur:offerētis arbitrium ē:vbi ꝑceptū:ne-
cessitas seruiētis. Itē Augu. Quisquis ꝑ-
ceptis dñi nō obtēperat:reus est ꝛ debitor pę
nę. Et paulopost. Precepto dñi nō obedi-
re pctm̄ est:ꝛ ꝯsilio si vti nolueris:minꝰ bo-
ni adipisceris. Dato igiꝫ ꝙ totā regulā ꝓfes
si simus:ꝛ in ꝓfessione votū emiserimus:er
go necessario ad totā regulam obseruādam
tenemur. Cū igitur tota regula sit ꝑceptū.ꝛ
ad peccatum mortale obligatoriū:facientes
contra regulę promissionem incurrunt ęter
nam damnationem.

Q Uod autē illa q̄ ꝑtinenꝫ in regula nō
sint vota vel ꝑcepta:ꝛ ꝑ ꝯsequens non

sint ad penā eternā obligatoria patere vide-
tur ex eo ꝙ btūs Bene. dicit. Osculta o fili
pcepta magistri quasi exponēdo incontinēti
subiungit. admonitionē pij pris libent̄ exci-
pe ⁊ efficacit̄ cōple. Ergo regulā statuit non
pcipiendo: sꝫ poti⁹ admonēdo. Itē ducatus
euāgelij nō est totalit̄ p pcepta: sꝫ est in mul
tis ⁊ fere in oībus p ꝯsilia. Sꝫ btūs Bene.
regulā inducit p ducatū euāgelij: ergo nō cō
tinet tota sub virib⁹ precepti: sꝫ poti⁹ p semi
tas ꝯsilij. Ipse enī sic ait. Succinctis ergo
fide vel obseruātia bonoꝝ actuū lumbis no
stris: per ducatū euangelij pgamus itinera
eius: vt mereamur eum: qui nos vocauit in
regnū suum videre. Preterea si daretur ꝙ
tota regula esset pceptum: eius obseruantia
nō solū esset grauis: sed etiā intolerabilis:
sed btūs Bñ. nihil ꝯstituit graue: nihil aspe
rum: nihil importabile: ergo nō est tota pce-
ptū sancte institutio regule. De his beatus
Bñ. sic dicit. Cōstituenda est ergo a nobis
dñici schola seruitij: in qua institutiōe nihil
asperū: nihil graue: nos ꝯstituturos spam⁹.
Sed siqd restrictius paululum: dictāte eq-
tatis rōne: pp̄ter emendationem vitioꝝ: vel

ꝯseruationem charitatis ꝓcesserit: non ilico pauore perterritus: refugias viam salutis: que nõ est nisi angusto initio incipiẽda. Est igit̃ regula ex rõne equitatis dictata: ad vitioꝝ emendationẽ: ad charitatis ꝯseruationẽ: ⁊ ad vie salutis ostẽsionem. Ergo est potius per monita edita: q̃ꝫ per ꝑcepta totaliter impata. Item si dareẗ ꝙ regula eẽt ꝑceptum data: cuꝫ esset multis importabilis: ⁊ in multis quodãmodo impossibilis: nõ haberet oĩa illa que sunt necessaria in lege condenda. Sed h̃ lex est: vt dicit btũs Bñ. sub qua militare debemus: ergo in ipsa oĩa que regrunt̃ in lege cõdenda inueniemus. Que sunt auteꝫ illa ysidorus exꝑmit dicẽs. Erit aũt lex honesta: iusta: possibilis ẜm naturã: ẜm ꝯsuetudinẽ patrie: locoq̧ ac tẽpori conueniẽs vtilis ⁊ necessaria. Per te aũt videas si oĩa ꝯcurrerent supradicta: si ꝑceptũ esset tota regula. Ad idem etiã facit ꝙ si regula esset ꝑceptũ: iam nõ spũales viros in via paradisi regeret: sed potius laqueis plena: ĩfernalis musipula ꝓfitentes diabolo illaquearet. Sed cum btũs Bñ. oium iustoꝝ spiritu fuerit plenus: nõ est dubiuꝫ: ꝙ fuerit mi-

sericors. ⁊ pius ac benignus: cum ipsa beni gnitas sit spūs sanctus. Nō est igit̄ credendum ꝙ oia ꝑcepit: q̄ nobis agenda esse decreuit: vt stricto gladio: oēs trāsgressores volens iterficere: eterna voluerit morte perire. Nā si sic esset nō esset regula data ex pietate paterna: sed ex crudelitate tyrānica. Nec eēt discretione ꝑcipua: sed penit⁹ indiscreta.

AD ipsam sane q̄ōnē soluēdā: ⁊ ad veritatē viriuȝ regule itelligēdā ꝙ̄ntuȝ possum videre ⁊ cape: tria vident̄ attēdēda esse debere. s. regula dirigēs: ꝑsona suscipiens ⁊ efficacia ꝯn̄s. ¶ Circa primum ꝯsiderandū qd ab ipsa regula supponat̄. Quid in ipsa regula mistro regule abbati. vȝ. cōmittat̄ ¶ Et notandū ad hec ꝙ ꝺm riccardum de scō victore: regula dī eo ꝙ recte regat aut ꝙ recte doceat. Itē ꝺm Ysido. regula dicta est eo ꝙ recte ducat: nec aliqn̄ aliorsum trahat: vel ꝙ regat: vel ꝙ normam recte viuēdi prebeat: vel ꝙ distortū prauūq̄ corrigat. Igitur oportet regulā aliqd ꝑsupponere ad cuius similitudinē sit ipsa regula ⁊ appareat in se recta. Et ista rectitudo ē eēntialis. Oportet enim adhuc ꝙ sit regula recta: ꝙ sit alicui⁹

rectitudinis similitudo expssa. Et h est scó-
rū regulę eēntiale moraliū supponere regu
lam pceptorū. Unde btūs Bene. regulā po
siturus ait. Succinctis ergo fide ꝛ obseruā
tia bonoꝝ actuū lumbis nostris p ducatum
euāgelij: pgamus itinera eius. Ergo regu-
la patris nr̄i pceptorū rectitudinē moraliuꝫ
psupponit. Cum auteꝫ oīs regula debeat ab
alijs regulis: vel statutis: aut obseruātijs di-
scerni: vel distingui: oportet eaꝫ p aliqđ spāle
statutū discerni. Nā omni regulę ē cōe: vt p
tactum est: q vel recte ducat vel recte regat.
Ad hoc aūt q nostra regula discernatur ab
alijs: opꝫ q spāle aliqđ statuatur: ꝛ ppterea
sctūs pater dicit. Instituenda est ergo a no-
bis dn̄ici schola seruitij. Hoc igitur eē regu
lę quasi substātiale aliquorū. vꝫ. spālium in-
stitutio statutoruꝫ. Credo enim impossibile
alias regulā spālē intelligi: nisi contingat p
aliqđ spāle distingui. Preterea qꝛ sicut di
cit btūs Bene. Ois etas vel intellectus pro-
prias dꝫ habere mensuras. Et idem dicit.
Non dicimus: qđ absit: q acceptio psonarū
sit: sꝫ infirmitatum cōsideratio. Ex his col-
ligitur q iuxta differentiā morū ꝛ ꝯsidera-

tionē statutorum: diuersi subditi ꝛ religiosi sunt diuerso modo tractādi: ꝛ maxime in ꝓmotione ꝛ ꝓuisione ꝛ correptiōe. Esset autē impossibile: ad aliquā artē vel regulā vnam reducere hāc varietatē diuersoꝝ regulariū ꝛ singulariū ꝑsonarū. Oportet ergo ꝙ regula totum non statuat: sed abbati qui est minister regulę multa relinquat. Et hͦ intelligo regulę esse quasi accidētale. Accidit enī ei nō ꝓpter se: sed ꝓpter diuersoꝝ differentiam subditoꝝ. ¶ Colligas ergo ex ꝑmissis ꝙ quędam sunt regulę essentialia: ea. vz. q̄ supponit. Nōnulla quasi substātialia: ea. s. q̄ immobiliter statuit. Cetera quasi accidētia: ea. s. q̄ abbatis ministerio vel arbitrio derelinquit. vidisti q̄ sunt illa q̄ supponit: moraliū. s. regulam ꝓceptorū: ꝛ illud vt ꝑdixi est quasi essentiale. Quę sunt aūt illa q̄ immobiliter statuit: pz ex textu regulę: ꝛ maxime: ex modo ꝓfessionis emissę. ¶ Sed circa ꝑsonā regulam suscipientē tria sunt cōsideranda. Personę discretio. Regulę electio. Et facta ꝓmissio vel ꝓfessio. ¶ Discretio. Quia nisi esset ad minus ita discreta ꝑsona: ꝙ actu vel habitu: ad qd se obligat ꝓfi

tendo intelligeret: iudicio meo illa professio nó valeret. Dicit enim Aug⁹. Nullius crimen maculat nescienté. Ita etiã nullũ votuʒ obligat ignorãtem. ¶ Ité ꝯsideraꝛ electio. Quia nisi ꝑsona voluntaria modo aliq̃ eét: ꝓfessio non teneret. Dicit.n. btũs Aug⁹. Illud qđ voti est suaderi pót: impari non pót. ¶ Cõsideraꝛ insuꝑ ꝓfessionis emissio siue sit discursu tꝑis tacita: siue per solénem expressam ꝓfessioné. Quia nisi altera eaꝝ adesset: regula nó ligaret. Unde btũs Bñ. Si habita secũ deliberatione ꝓmiserit se oia custodire: vſqꝫ ibi. Sciés se iam sub lege regule ꝯstitutũ: ꝙ ei ex illa die non liceat egredi de monasterio: nec collũ excutere: de sbiugo regulę. quã sub tã morosa deliberatione: licuit aut excusare: aut suscipe. ¶ Cum auté ꝓfitens: sicut ex ṽbis regulę pꝫ: nihil aliud voueat: nihilqꝫ deo ꝓmittat nisi stabilitateʒ: moꝝ ꝯuersioné: ꝛ obediétiã iudicio meo: de vi regulę ad aliud nó obligaꝛ. Et pręter illa tria necessario ad aliud nó tenetur. Pręterqꝫ ad ea quę regulę minister ꝑcipit iuxta ipsam: ꝛ ad illius statuʒ ꝑcipit ꝛ apponit obseruãtiã. Hoc.n. ꝙ abbas nó ꝑter deũ vel

ↄtra ꝑcipit: ꝛ ꝓfitēs in ipsa obedīētię ꝓfessi/
one includit. De his ita dicit beatus Ber/
nardus. Nihil mihi ꝑlatus ꝓhibeat de his
quę promisi. Nec plus exigat ꝙ̄ ꝓmisi: ni/
si mea voluntate: non augeat ad vota mea:
nec minuat sine certa necessitate. ¶ Ex his
vt arbitror: vterqꝫ pōt aduertere: ꝛ plene in
telligere: quid habeat regula ꝑcepti: ꝛ quid
ꝑ modū ꝑcepti sit in ea ita obligatorium: ꝙ
eius transgressio adducat: ęternuꝫ interitū.
¶ Circa tertiuꝫ ꝛ vltimū inter tria ꝑncipa
lia superius posita. vꝫ. efficaciā cōsequētem:
video ꝙ triplex potest esse efficacia regulę. s.
Instructio imperitorū. Correctio delictorū.
Et acquisitio meritorū. ¶ Regula vero est
instructio imperitorum. Vñ dr̄ regula: eo ꝙ
recte doceat. Regula dr̄ correctio delictoruꝫ.
Vñ regula dicit̄: eo ꝙ recte dirigat. Regula
etiā est acquisitio meritorū. Vñ regula dici
tur eo ꝙ recte ad gratiā ꝛ gloriam pręmio/
rū ꝑducat. De ꝑmo btūs basilius in regula
monachorū. Oportet ante oīa summam dili
gentiā adhiberi: ꝙ possint ad oēm virtutuꝫ
exercitium ꝓbabiliter institui tā in intelle/
ctu ꝙ̄ i opere ꝙ̄ ēt in verbo. De scđo qđ est

correctio delictorũ dicit ibidem btũs Basi/
lius. Iniungenda est cura ab his q psunt p
merito etatis aut delicti: correptionis men/
suram singulis adhibere. Et qui seruẽt eos
pmum oium a sermonibus ociosis: ab ira/
cundia: ⁊ incitamentis gule: ⁊ a cunctis in/
decẽtibus ⁊ inordinatis moribus. Est etiaȝ
postremo acquisitio pmiorũ: ⁊ meritoruȝ: vt
sm h sit regula quasi regiminis gratia: vel
quasi regalis gloria. Quia per grãm merito
rũ ducit ad gloriã pmiorũ: vnde cuȝ dixisset
btũs Bene. Per ducatum euãgelij perga/
mus itinera eius: per qd innuit acqsitioneȝ
ex regula meritorũ: subsequẽter adiũgit: vt
mereamur eum qui nos vocauit in regnum
suũ videre: p qd innuit gloriam pmiorum.
¶ Et ad clariorem intellectũ eorum trium q
monachus pollicet dico: q si monachus gi/
rouagus vel apostata efficit stabilitatem de/
serẽs quã pmisit. vel si oio mores regulares
abijcit: ⁊ ad sclariter viuẽduȝ se dederit. vel
si abiecto obedientie freno pmisse: per cam/
pos pprie volũtatis currit: vt abbati ⁊ regu
le: nec subdi: nec obedire velit: ipsum esse vo
ti transgressorem: ⁊ pacti puaricatoreȝ ⁊ in

hoc statu saluari non posse: ⁊ eũ in statu salvãdoꝝ non esse. ¶ Adijcio etiam quod abdicatio ppꝛietatis: ⁊ obseruatio ꝯtinentie salutaris: in moꝝ ꝯuersione includunt. Que plene non seruaret: si is qui ppꝛij coꝛpis potestatẽ non habet ppꝛietatẽ de rebus: oino non abdicaret: ita quod nullam rem retineat monachus: nisi qđ abbas dederit: aut sciẽter pmiserit. Nec põt ꝯtrahere mr̃imoniũ: aut sine trãsgressione voti ꝯtinẽtiã violare. ¶ Pꝛemissa igit tria in pfessione discrete scripta: ⁊ expsse noiata dico sbalia: ⁊ trãsgressoꝛem: vt pdixi ad culpã moꝛtalez obligatoꝛia. Et alia dico non esse sub viribus pcepti. Nec pfitentẽ dico ex voto: ad eoꝝ plenam obseruãtiam astringi. Nam alia: pter illa tria: volũtatem nobis sancti patris: ⁊ viuẽdi noꝛmaz rectissimã mõstrãt. Et ñ lz nos deo maxime obedire teneamur: non tñ in oibus que ipsius indicant volũtatem: ex pꝛecepto astringimur. imo sunt aliqua ꝯsilia: nõnulla monita: ⁊ aliqua sunt pcepta. Per modũ igit illum quẽ retinet euãgelica regula, pcedit regula monastica. ¶ Silr illa que recipiunt abbatis vbuz: non debent respici vt pceptũ.

Quedā.n.dicit monēdo:q̄dā ēt ꝯsulēdo:ꝛ nōnulla p̄cipiēdo. ¶ Attēdendū est igit in regula dirigēte:ꝛ in abbe mādāte:quo affectu ꝛ aqua intētiōe:ꝛ per quē modū p̄cipit:ꝛ ſm h̄ maioꝛ vel minoꝛ tranſgreſſio:vel culpa debet. De hoc dicit btūs Ber. Inter p̄ceptores:cuius imminebit nobis reuerētioꝛ auctoritas eius grauioꝛ formidet offenſio:aut maioris mandati trāſgreſſio damnabilioꝛ eſtimet. Melius eſt enim obedire deo q̄ hoībus. Et in hoībus melius magiſtris q̄ diſcipulis. Maioꝛibus mādatis maioꝛ:minoꝛibus minoꝛ opera ꝛ cura debet Poꝛro maioꝛa minoꝛaue mādata dixerim:ſm q̄ maius vel minus velle ꝯſtiterit illum:q̄ p̄cipit ſiue hoīem:ſiue deū. Idē. Nō pari culpa negligunt:que nō pari mō p̄cipiunt:nec pari pena pūiunt. ¶ In his ēt regularib⁹ obſeruātijs:q̄ nō ſunt de tribus in ꝓfeſſione diſtincte exp̄ſſis:ꝛ ſi nō habeāt culpā moꝛtalē ꝛ per cōſequēs eternā dānationem:poſſunt tū habere grauē trāſgreſſionem. Nā q̄ ſunt maioꝛa:erunt in igne purgatorij quaſi ligna. Que ſunt mediocria. Sicut ferrū erunt in purgatoꝛio ꝯſumēda:Locuniq̄ ſti

pulę tenebũt minora: iuxta illud apostoli ad Corin. Siquis supędificat supra fundamẽtum hoc aurũ argentum: lapides ꝓciosos ligna: ferrũ stipulã. vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim dñi declarabit: q2 in igne reuelabit vniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. ¶ Causa vero exempli inter maiora regulę istituta ꝓter tria ꝓdicta: ⁊ in eis vt est ꝓmissum inclusa: sunt esus carniũ sine necessitate: vel reparationis vtilitate vel superiore mãdante. Hoc nisi ex cõtẽptu frequẽter ⁊ indifferenter ex cõsuetudine peteretur peccatũ mortale non iudico nec ad pęnã mortalẽ obligare credo. Sʒ ꝓ certo si frequẽtatio eius sine causa rõnabili vt dictum est sit: sicut ligna longũ cruciatũ habebit delinquẽs: tñ quasi per ignẽ saluus erit. Fractio vo silẽtij post completoriũ: loquacitas: scurrilitas: ⁊ verba mouẽtia risum: cũ suis sĩtibus: credo esse de mediocribus: quę tardius q̃ stipula: citius tñ in igne ꝯsumentur q̃ ligna. Sed ⁊ risus nõ multuʒ imoderatus: nec cuʒ exaltatione vocis emissus: ⁊ locutio illis qbus aliqñ lʒ horis: ⁊ illis qbus ꝑmittit in locis: aliquãtuluʒ imoderata: ⁊ ex va-

nitate verbiq qualitate: aut quãtitate verba ociosa: citius q̃ ꝑmissa: vt estimo: puniētur. ⁊ iuxta modū stipule facilius succendētur. ¶ Sane verba que ꝑmisi: nō sic attēdas ꝙ maiora minora: vel mediocria magis contēnas. Duz.n.in hoc corpe sumus: quasi in naui positi nauigamus: ⁊ ideo timēduz est naufragiū: ⁊ totale piculuz nauis: circa tria in pfessione ꝑmissa. Nam ꝑma post naufragiū non semp inuenit tabula: nisi per dei misericordiaz ꝓcedat. Scissionē etiam faciunt maiora post ꝑmissa in nauicula nostra magnā: ⁊ ideo circa illa debemus hre mētez attentā. At q̄ essent mediocria facerēt: ⁊ si nō maxima in naui foramina: tñ magna. Sentina etiam est pscrutāda in minimis: ne forsitan paulatim: lꝫ tarde qd absit: pereat nr̃a nauis. Nam si primum sit irremediabile: ⁊ repentinū periculum: cito tamē nauis submergitur p scdm. Nonnunq̃ etiam ex tertio: ⁊ lꝫ tardissime aliquando submergetur ex quarto. Quo circa minimas etiā obseruātias studeamus obseruare: ⁊ de nostra salute semp solliciti nihil vilipendamus nihil in cōtemptum vel cōsuetudinem reducamꝰ

quid custos fris mei sum ego? Ipse dimittit corrigere: q2 scandalū timet incurrere. Qui nō deberet plus diligere pximū q̃3 deū: nec magis timere scandalū q̃3 mortis eterne peri culū. Talis plātatio inordinati amoris τ vi lissimi timoris a diabolo plantat̃ in corde. τ ideo nō erigit̃: s3 eradicari meretur. sicut in matth. xv. Scis q2 pharisei audito h̃ verbo scādaliçati sunt. R̃ndit τ dixit eis. Ois plā tatio: quā nō plātauit pr̃ meus celestis eradi cabit̃. Sinite illos: ceci sunt: τ duces cecorū. ¶ Quinto dimittit platus corrigere: q2 per misit mala inualescere: qbus neqt occurre re. Debet āt abbas obuiare initijs: nec radi ce3 pmittere crescere vitijs: sicut btūs Bñ. ait. Mox vt ceperint oriri vitia: ea vt pua let radicit9 amputet. Sūt eni vitia i ipso suo ortu dū sunt nouella vt nō figant radices nō nutriēda: s3 totis viribus extirpāda. Sicut pmi mot9 sunt in pncipio tenēdi τ ad xp̄m viriliter allidēdi. Uñ dicit psal. Btūs q te nebit: τ allidet puulos suos ad petrā. Uñ no ta: q9 nō posset plene hbrox populus liberari: nisi ꝯstringeret iniquox puulos: τ primogeni tos primitus occidi. i. cox vitia in ciue exor

dio extirpari. Nã sicut legit in Exo. israeli ticus populus est in morte pmogenitorũ a pharaonis tyrannide liberatus. Pbhas est et z ab hoste doceri. z ideo sicut pharao pce pit occidi paruulos hebreorũ: ita nos a nobis subditis debemus euellere initia vitiorum. Serpens enim ille callidus z antiquus: sua lubricitate itrat de facili totus: z ideo capite est cauẽdus. sicut dicit btũs Hiero. Lubri cus est antiquus serpens: z nisi capite tenea tur: statim totus illabit. Et ideo dicit poeta. Principijs obsta: sero medicina paratur. Cum mala per lõgas ꝯualuere moras. Ex tinguendus est enĩ modicus in scintilla ne magna virtutũ incendatur silua. sicut dicit btũs Jacobus. Modicus ignis magnã sil uam incendit. Et Eccliasticus. A scintilla vna auget ignis. Debet etiã multũ attende re plātus: ne non redarguẽdo z sic quodã- modo: cõsentiendo sit alienis vitijs occupa- tus: siue maculatus. Unde dicit btũs Aug. duobus modis nõ te maculet malus: si con sentias: z si redarguas. z post pauca. Neq3 ergo ꝯsentientes sitis malis: vt approbetis: neq3 negligentes: vt non arguatis. ¶ Verũ

in correctionibus faciendis ꝛ penis infligẽ-
dis: debet abbas delinquẽtes ducere per gra
dus: quos in capitulis de excõmunicatione
culparuꝫ: ꝛ qualis debeat esse modus excõ-
municationis: ꝛ quinqꝫ sequẽtibus capitu-
lis beat⁹ enumerat Bñdictus. Nisi sit ma
teria furiosa: ꝛ infirmitas adeo periculosa:
ꝙ sine maximo dãno non possit differri: vt
oporteat ipso die mederi. Et hoc habet lo-
cum in illis ꝯtagiosis vitijs: vbi nõ est opus
fomentis: sed insistendum est euacuationi-
bus: vel repentinis abscisionibus. Tũc eniꝫ
pre oculis habito solo deo abbas debet vti cõ
cesso sibi arbitrio. sicut dicit beatus Bene-
dictus. Secundum modum culpe excõmu
nicationis vel discipline: debet extendi men-
sura. Qui culparum modus in abbatis pen
deat arbitrio.

SEquitur de vltima particula ꝑme par
tis: scilicet de nimia temporalium sol-
licitudine: ꝛ spiritualium omissione. ¶ Cir
ca hec cõsiderari potest ꝙ abbas nimis sol
licitus de temporalibus: ꝛ nihil vel paruꝫ de
spiritualibus: merito videtur eẽ gibbosus:
qui dum celum respicere nequit: terrena so-

la respicit: spiritualia non attendit. Unde beatus Gregorius dicit. Gibbosus est quē terrenę sollicitudinis pondus deprimit: ne alta unquam respiciat. sed solum his quę in infimis calcantur intendat. Et post pauca qz cogitatiōis statū erigere nō valet: quē terrenę sollicitudinis usus curuum tenet. Nos vero cū deus sit ps hereditatis nře: de deo pn cipaliter debem⁹ curare. Uñ btūs Ambro. Cui portio de⁹ ē nihil dz curare nisi deū. Et post pauca. Qd. n. ad alia officia ꝯfert h relī gionis cultui atqȝ huic offō nřo decerpit. Et btūs Hiero. Nihil minus securi⁹ est ꝙ pp nūmum deū cōtēnere. ¶ Debet autē sollicitudo eē abbatis nō tm̄ vt bñ ꝑsit: sȝ vt bñ ꝓsit. Uñ apl's ad Rom̄. Qui ꝑest in sollicitudine Idē. In sollicitudine nō pigri. Illā tm̄ sollicitudinē dz excutere :: quam de fallacia huius seculi ꝯstat eē. Qd si fuerit in abbate ꝟbū dei suffocat in mēte eius: sibi parans afflictiōis multiplicem luctū: ⁊ tā ei ꝙ subditis modicū vel penitus nullū fructū: vt dicit saluator in matth. Qui aūt seminat in spū. Hoc est qui ꝟbū dei audit: ⁊ sollicitudo huius seculi ⁊ fallacia diuitiaꝝ suffocant ꝟbū

sine fructu efficitur. Item in luca. Quod aut
i spinis cecidit hi sunt q audierunt:sz a sollici
tudinibus:et diuitijs et voluptatibus vite euntes
suffocant.et nõ referunt fructu. Sollicitudo
enim plati e vt nõ sit merc:et pncipalit tepo
ralis. Et si tpalia ei cõcedantur ad vsuz sic
eis vtat:vt nõ 9sideret dãnu trãsitoriu: sed
eternu. Is eni tẽporalibus:et mundanis dz
vti:sz sollicitudine nimia prohibetur abuti.
Vñ apls ad Corinth Qui vtuntur hoc mun
do:tanqz non vtant. Preterit enim figura
huius seculi:volo aut vos sine sollicitudine
etc. Ideoqz abbas dz sua affectione a sollici-
tudine mundanorũ excutere:et oroni deuote
intendere. Ad qd apls eu intẽdẽs pparare
ad Philip.ait. Nihil solliciti sitis:sz in oi
orone:et obsecratiõe:cu gratiarũ actiõe:peti-
tiões vestre innotescãt apud deũ. ¶ Nimia
enim sollicitudo mũdanorũ e valde dãnosa:
qñ est in mẽtibus platorũ. Ipsa enim platũ
affligit:quiescere nõ pmittit. Et quicquid co-
gitat totuz perit:et qd magis timuerat h in
currit. De pmo dicit in Ecclesiastico. Pec
catori autem dedit afflictionem et curã sup-
fluã:vt addat et tradat et congreget ei:q pla-

cuit deo. Sed hoc vanitas et cassa sollicitudo mẽtis. De scdo in Jere. Pre sollicitudine quiescere nõ potuit. De tertio in Prouer. Expectatio sollicitorum peribit. De quarto in Jerem̃. Gladius quem formidabatis apphẽdet vos: et fames pro qua solliciti estis adherebit vobis. Ideoqꝫ a nobis debemus nimias sollicitudines temporaliũ excutere: et in deum proijcere. sicut dicit beatus Pet. Omnem sollicitudinẽ vestram proijcientes in eum: quoniã ei est cura de vobis. ¶ Inquantum enim possumus tẽporalia per vicarios dispensemus: et in his que dei sunt: per nosipsos pro viribus itendamus. Illa enim agenda sunt per vicarios: ista autem per nosipsos. Et ne consumamur stulto labore vtamur si vnqꝫ possumus iethro consilio: quod moysi in Exo. dedit: quãdo sibi dixit. Non bonam rem facis: stulto labore consumeris: et tu et iste populus qui tecum est. Ultra vires tuas est negocium: solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atqꝫ consilia: et erit dñs tecũ. Esto tu populo in his que ad deum pertinent: vt referas que dicũtur ad eum. Ostendasqꝫ populo cerimonias

& ritū colendi: & viam per quam ingredi de-
beant: & opus qđ facere. Prouide autē de
omni plebe viros potentes timentes deū: in
qbus sit veritas: & qui detestentur auaritiā.
Et constitue ex eis tribunos & centuriones
& quinquagenarios & decanos: qui iudicent
populum omni tempore. Et post pauca. Le-
uiusq; tibi sit partito in alios onere.

¶ Cap. ij. in quo prelati negligentiam pro-
uidendi conuentui necessaria detestatur.

Inter ceteras nāq; sollicitudines quę
abbati debent incumbere: debet esse nō
minima fratribus suis in necessaria proui-
dere. Nā cum ipsi domino seruientes sint
pondus & ęstus portātes: & vt boues assidue
triturantes: durum est eos fame affligi: & vt
necessaria non habeant ora claudi. Et qui-
bus imponuntur regulę onera: & adhiben-
tur disciplinarū flagella: non debent esse de-
terioris conditionis q̄ serui: asini vel iumē-
ta. De quibus dicitur in Ecclesiastico. Ciba-
ria & virga & onus asino. Panis & discipli-
na & opus seruo. Est enim quoddā magnū
homicidium: subtrahere taliter laboranti pa-
nē necessariū, sicut dicitur in Ecclesiastico.

Qui aufert in sudore panem: quasi qui occi
dit proximum suũ. Cum igitur beatus Be-
nedictus. Ad tantã perfectionem regulam
deduxerit: quod nihil proprij monachus ha-
bere possit. Et ad tantam paupertatem de-
duxerit eum: quod non licet sibi habere graphium:
nec voluntatem in sua potestate: nec corpus
proprium lõge ab amore paterno: a quo mo
nachus omnia sperare debet: vniuersa pro deo
dimittenti necessaria nõ ministrare. Ipsam
autem paupertatem. et regulę perfectionem
idem pater sanctus ostendit dicens. Prçci
pue hoc vitium peculiare radicitus ẽ amputã
dũ de monasterio: ne quis prçsumat aliquid
dare aut accipere sine iussione abbatis: nec
aliqd habere proprium: nullam rem oĩno neque
codicẽ neque tabulam: neque graphium: sed ni
hil omnino. Quippe quib' nec corpora sua
nec voluntatem licet habere in propria potesta
te. Omnia vero necessaria: a patre monaste-
rij sperare. ¶ Debet autem subditis neces
saria ministrare abundanter: hilarit: eque
liter: et prudenter. ¶ Circa primum vero
notandum quod in claustralibus propter conti-
nuum laborẽ: quem sustinẽt in seruitio xpi:

multuz habūdat passio iesu xpi cuius et mē
bra sunt ipsi. Et ideo pcipue circa tales de
bent habūdare plati consolationibus. Et vt
ipsi possint ad superna liberius eleuari: debz
spes per psentium subsidia roborari. Sicq
potest quod dicit apostolus ad Corinth. as
sumi. Sicut habundant passiones xpi in vo
bis: sic habundet in vobis consolatio vestra.
Et post pauca. vt spes vestra firma sit in vo
bis: scientes q sicut socij passionuz estis: ita
et consolationum eritis. Debet enim ad sub
ditos habere largas manus: vt iuxta Greg.
necessitatem patientibus occurrat: alienam
inopiam: suaz credat: q si h nō habet: vacuū
episcopi nomen tenet. Habundās namq et
habens abbas etiam modica debet dare af
fluenter liberaliter et libent. Super his quē
amabat Thobias filium informabat dicēs.
Si multum fuerit tibi habundāter tribue:
si exiguū fuerit: etiā exiguū libenter impar
tiri stude. Procurātes enim in domo domi
ni ciborum largitatem: benedictionem pro
merentur a deo: et bonorum multiplicatiōez:
sicut legitur in Malach. Sit cibus i domo
mea et probate me super h dicit domin9. Si

non aperiero vobis catharactas celi. et effu-
dero vobis benedictionem vsque ad abundan-
tiam. ¶ Item debet ministrare fratribus hi-
lariter. De hoc dicit beatus Bene. de cellera-
rio. Fratribus constitutam annonam: sine
aliquo typo vel mora offerat vt non scandali-
zentur. Idem. Cui substantia non est que tri-
buatur: sermo responsionis porrigatur bonus:
quia scriptum est. Sermo bonus super da-
tum optimum. Nec solum hylaritatem vo-
luit habere in dando: sed etiam humilitatem
in petenti irrationabiliter denegando. Cum
enim dixisset. Fratres non contristet. Sub-
iungit. Siquis frater ab eo aliqua irrationa-
biliter petierit: cum humilitate male petenti
deneget. Nec solum debet dare liberaliter sed
hilariter. Unde apo. ad Corinth. Hilarem
enim datorem diligit deus. Et ecclesiasticus.
In omni dato hylarem fac vultum tuum.
Debet etiam dare celeriter. Unde in Pro
uerb. Ne dicas amico tuo vade et reuertere:
et cras dabo tibi: cum statim possis dare.
¶ Debet etiam ministrare equaliter: vt sit
in eis omnis comunio: et nulla personarum
acceptio. Nec enim debet esse: vt illi qui sunt

extra habeant abūdanter: ⁊ illi qui sunt in/tus: egeant inhumaniter. Nam ꝙ equalis sit cōmunio: habet lex quam David in lib. Regum statuit dicens. Equalis enim erit portio descendētium: ⁊ remanentiū ad sarcinas. ⁊ similiter diuident. Et factum est hoc a die illa: ⁊ deinceps constitutum ⁊ prefini/tum: ⁊ quasi lex in israel. Illi enim qui ex/eunt administrationem: seu terrena agēda: ad quietem: ⁊ necessaria intrinsecis ꝓcuranda descendunt: de quiete contemplatiue: ad prelium actiue. Illi autem qui remanserūt in claustro: sunt quasi custodes sarcinaruꝫ: in dulci marie ocio. Istis ⁊ illis ꝓuideat superior: nō vt vnus ebrius sit: ⁊ alius esuriat. Nam tales apo. ad Corinth. cōdēnat. Omnia enim debent esse cōmunia: si sunt dispensatores vere sancti. sicut in illa congregatio/ne: in qua fuerunt rectores apostoli. sicut le/gitur in actibus Apo. Multitudinis cre/dentiū erat cor vnum ⁊ anima vna nec quisꝙ eorum que possidebant aliquid suuꝫ esse dicebat: sed erāt illis omnia cōmunia. Et post pauca. Neqꝫ enim quisꝙ egens erat: inter illos, Sed hec proh dolor nō est hodie in om

tibus monasterijs dantibus occasionez ma lis administratoribus prelatis. Unde cum appellatus fuisset quidam frater respōdit notabiliter. Nos sumus quidez fratres: sed scutelle non sunt sorores. Audiui etiam di/xisse quendam monachū de quadā re. Hoc est meum: et ei a quedam de ministratorib⁹ est responsum. Nil proprium: procul hoc vi/tium: cōmunia queq3. Sed replicatū est per alium. Sic loquimur: sed non fruimur cō/munibus eque. Videtur autem his singula ritatibus dare occasiones: ergo fatue multipli camus procuratores. Nā cum in cōgregatiōe: cui⁹ saluator fuit abbas: nō nisi vnic⁹ dispen sator extiterit: et ille vnicus etiā latro fuerit. Nos econtrario multiplicam⁹ dispēsatores immo verius dissipatores. Et quanto poni/mus plures tanto multiplicamus latrones. Ipsi enim sibi pciosiora volūt retinere et vix viliora fratribus ministrare. Hoc autem fa ciendo regem sodomorum sequūtur: imitan do que in Geñ. abrae dicit. Da mihi aīas: cetera tolle tibi. ¶ Porro licet dictum sit q omnes debent recipere equaliter: dico ta/men id debere fieri prudēter sicut dicit pius

magister noster. Diuidebatur singulis pro/
ut cuiqꝫ opus erat. Ubi non dicimus (quod
absit) vt ꝑsonarum sit acceptio sed infirmita
tum consideratio. ꝛc. Ipse enim abbas ma/
gis dꝫ ad fratrum infirmitates: qꝫ ad inui/
dorum pessimas volũtates. respicere. Unde
pater idem dixit. Ita ꝛ abbas consideret in
firmitates indigentium: non malam volun/
tatem inuidentiũ. Esset quippe ita indiscre
tum: omnia dare vni: sicut impiuꝫ dare nul
li. Liberalitas dispensatoris debet habe//
re discretionem tam rerum: qꝫ personarum.
Unde dicit beatus Gregorius. In ipsa au/
tem liberalitate modus est adhibendus re/
rum: ꝛ personarum: Rerum: vt non omnia
vni: sed singulis quędam ꝓstentur vt pluri/
mis. Personaꝝ: vt primũ iustis: deīd: pecca
toribus. Et beatus Ambrosius. discretam
liberalitatē cōmendans. ait. Perfecta libe/
ralitas fide: causa: loco: ꝛ tempore comenda/
tur. Item pulchra liberalitas ē in ipso quo/
qꝫ dato pauperis mensuram tenere: vt habũ
des pluribus nec consequendi fauoris gra/
tia vltra modum fluere: vsqꝫ ibi. sacerdoti/
bus ꝓ cōuenit. Et infra sequitur Impēsas

misericordię frequentare quantuȝ oporteat largiri peregrinis: non superfluas sed competentes. Suadeo igitur abbati non esse in prouidendo conuentui negligentem: sed diligentem. Nō auarum: sed largum hylarem ac benignum. cum discretione: ꝛ ęqualitate debita diuidenteȝ: vt inter seruos dei nullus sit egens in necessarijs. Amputetur etiaȝ in superfluis quod est nimis. Eligat fideles ꝓcuratores. non nutriat ꝓ posse latrones. Fratres vitent murmurationeȝ. Dispensatores murmurandi: non prebeant occasionem.

¶ Capl̄m. iij. in quo negligentiam prelati infirmis pauperibus ꝛ hospitibus prouidēdi damnat.

SAne circa infirmos debet etiaȝ eē maxima sollicitudo abbati: quod pōt colligi ex verbis beati Benedicti. Et h̄ tam ex illis quę incumbunt abbati mediate: q̄ȝ ex illis quę incūbunt immediate. De his eniȝ quę immediate incūbunt cum beatus Benedictus dixisset. Infirmorū cura ante omnia ꝛ super omnia adhibenda est: vt sicut re uera christo: ita eis seruiatur: quia ipse dixit. Infirmꝰ fui: ꝛ visitastis me. ꝛc̄. vsq̄ȝ ibi.

In his

In his copiosa merces acquiritur: subiungit. Ergo cura maxima sit abbati: ne aliq̃s negligẽtiam patiant. De his enim quę mediate ad eum ptinere possunt idẽ pater ait. Curam maximã habeat abbas ne a cellerarijs aut seruitoribus negligant infirmi: qa ad ipsum respicit: quicqd a discipulis delinquit. Et iterũ de cellerario dicit. Infirmoꝝ infantum: hospitũ: pauperũq; cum omni sollicitudine curam gerat. ¶ Abbas quidem multũ meret infirmis fratribus puidẽdo: ⁊ subsidijs misericorditer visitãdo. Naz ex alijs opibus misẽcordię charitas eius ostendit: sed ex hoc pręcęteris ↄfirmat. Unde in Ecclesiastico dĩ. Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim dilectione firmaberis. Apl̃s etiam inter cętera de qbus p̃latos monuit: de ppꝛijs etiam laboꝛibus susceptionez ⁊ puisionẽ infirmoꝝ induxit ingens in actibus. Omnia ostẽdi vobis: qm̃ sic laboꝛãtes opoꝛtet suscipe infirmos: ac meminisse verbi dñi iesu: qm̃ ipsę dixit. Beatius est darez q̃ accipe. Et q̃uis aliqui visitationez infirmoꝝ abhoꝛreant: seipsos tamẽ ad hoc disponere debent: vt in his non sibi placeãt: ⁊ quę

ad ędificationem ptinent faciẽdo intendãt: eosdem infirmos psonaliter visitãdo: ꝛ infirmitatem patiẽter portãdo. Unde apl'us ad Roma. Debemus aũt firmiores imbecillitates infirmoꝝ sustinere: ꝛ non nobis placere. Unusquisq; nostrum ꝓximo suo placeat in bonũ ad ędificationẽ. ¶ Abbas nãq; debet oium infirmitates in se portare: vt possit aĩas lucrifacere xo: ꝛ multos ad salutẽ adducere. Unde apl's ad Corinth. ait. Factus sum infirmus: vt infirmos lucrifacerẽ. Factus sum oia oibus: vt oẽs facerem saluos. Nam ipę portando opꝛibus misericordię infirmitatẽ corporaliũ cõpassione: debet anxietatem infirmoꝝ in mentis intimis supportare: ꝛ cõpassionem ipsam magis exemplis: q̃ vbis ostẽdẽ. Ut recte possit cũ aplo illud ad Cor. dicẽ. Quis ĩfirmat: ꝛ ego non infirmor? Quis scandalizat: ꝛ ego nõ vror? ¶ Si enim abbas debet omnes fratres appellare: ꝛ omnes vt fratres amare. Nunq̃ enim melius potest ostendi debitum fraternitatis q̃ tempore tantę necessitatis, sicut legitur in Prouer. Frater in angustijs comprobatur. Unde si ipse est bonus pater dꝫ susci

pere vulnera filiorũ: et in se portare magnã partem dolorum. Et quos ipsi mittũt patiẽdo clamores: debet in proprios recipere dolores. vt sic ipse quodammodo propter filij vulnera videatur ligatus: vt ipsis prouideat sollicitus et attentus. sicut de bono patre dicit Ecclesiasticus. Pro animabus filiorũ colligauit vulnera sua: et super omnem vocẽ turbabantur viscera eius. ¶ Malus autẽ abbas patris vacuum nomen portans: et solam similitudinem nobilitatis ostendens: et veritatem ex compassione nullam retentans ostendit se durum ad proprios filios: ac si nõ essent sui sicut structio affectus suos. Cui merito adaptatur quod in Job legitur. Penna structionis: similis est pennis herodij: et accipitris: quãdo derelinqt in terra oua sua. Et post pauca. Obliuiscitur qd pes conculcet ea: aut bestia agri conterat. duratur contra filios suos quasi nõ sint sui. Quid facturus erit in iudicio: qñ filij cõquerent de duro patre: nõne merito a dño dãnabitur: et inferni cruciatibus deputatus erit: iuxta domini sententiam. Quia qui misericordiam nõ fecit: iudicium sine misericordia fiet ei.

DIcto superi⁹ q̄ nō debeat esse negligē
tia circa īfirmos: subijcitur hic rubri
ca de negligentia non adhibenda circa hospi
tes ꝛ pauperes suscipiendos: ꝛ de adhibēda
diligentia circa eos. ¶ Hanc negligentiam
abbas nō posset habere: si diligēter: vellet cō
siderare: q̄ diligenter: hospitibus ꝛ pauperi
bus prouideri per patrem nostrum pręcipi
tur: ꝛ quantum meritum: eisdem prouiden
do: acquiritur. Ipse enim de hospitum susce
ptione ꝛ de honoris eisdem exhibitiōe ꝛ pau
perum recreatione capitulum per se cum di
ligentia edidit. Et q̄ ęqualiter christus in
eis suscipiatur ostendit. Omnes superuenie
tes hospites: tanq̄ christus suscipiantur: qr
ipse dicturus ē: hospes fui: ꝛ suscepistis me.
Et omnibus ꝯgruus honor exhibeatur: ma
xime domesticis fidei: ꝛ peregrinis. Et ita
vsq̄ ibi. Pauperum ꝛ pegrinoꝝ maxime su
sceptionum cura sollicite exhibeatur: qa in
ipsis magis suscipitur christus. Nam diui
tum terror ipsę sibi exigit honorem. Et quā
ta sit eis familiaritas exhibenda: idem pa
ter ostendit. Quia mēsa abbatis eis cōican
da dicens. Mensa abbatis cū hospitibus

τ peregrinis sit semper. Meritum enim tm̄ in hospitum susceptione acqritur: q viri hospitales deo: τ angelis placidi τ amabiles efficiuntur. Unde apostolus ad Hebre. Charitas fraternitatis maneat in vobis: τ hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc autem placuerunt quidam angelis hospitio recẽptis. ¶ Pauperibus τ afflictis soluendum est debitum flebilis cõpassionis. iuxta illud sancti Job dicentis. Flebam quõdam super eum qui afflictus erat: τ compatiebatur anima mea paupi. Maior enim cõpassio pauperibus debetur: quia raro ex corde eis miseretur. Sicut enim diuites multos inueniunt amicos: ita pauperes habent sibi etiam carne pximos inimicos. Unde in Prouer. Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Amici vo diuitum multi. Et idcirco miserẽti pauperi beatitudo promittitur: τ despicienti peccati contagium cumulatur. Unde ibidem sequitur. Qui despicit proximum suum: peccat. Qui autem miseretur pauperi: beatus erit. Abbas autem vt benedictionem mereatur: debet ad misericordiam esse pronus: τ ad elemosynã munificus. vt in Pro

uerb. legitur. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. De panibus enim suis dedit pauperi. Uidetur enim religioni magnam gratiam facere deus: quando multis frequentantur pauperibus: et quando prouidetur pluribus. Eos enim reliquit saluator discipulis et eos imitantibus religiosis: dicens in Marco. Pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis: et cum volueritis potestis eis benefacere. ¶ Unde nota quod munificus ad pauperes: est mercator sapiens: pro re modica magnum thesaurum in celis reponens: et vitam eternam acquirens. Unde in Mattheo Da pauperibus: et habebis thesaurum in celo. Pauperes etiam cum sint deo proximiores: si nostri fuerint oratores familiariter diuinas loquentur ad aures. Unde in Ecclesia. Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures veniet. ¶ Prelatus vero qui hospitalitates non sectatur: rapinas committere conuincitur: quia quicquid vltra necessaria retinuit: pauperibus quorum erat subtraxit. Et secundum hoc nota cum gratiano dicente secundum Hieronymum. Aliena rapere conuincitur qui vltra sibi necessaria retinere p

batur. Et subiungit. Ac si se per opera pie- tatis instituat: vt etiam presentis vite subsi- dia et eterne vite premia a deo percipiat. vtrū- que enim pietati promittitur. Unde apostolus ad Thimoth. dicit. Exerce te ipsum ad pie- tatem. Nam corporalis exercitatio ad modi cum vtilis est: pietas autem est vtilis ad om nia habens promissionem vite que nūc est: et future. ab hac si quis alienus fuerit: in sa cerdotem ordinari non poterit. Si enim vi- dua in ecclesia recipi prohibetur: que pau- peres non recipit hospitio: que pedes sancto rum nō lauit: que omne bonum opus nō est executa: multo magis sunt prohibendi a sa- cerdotio: qui ab opere pietatis probant̄ alie- ni. ¶ Attendamus igitur quantum pecca- tum est rapinas de rebus pauperum cōmit- tere: eis victum subtrahere: viscera pietatis claudere: necessitatem patientibus non suc currere: dicēte canone. Qui negat misericor diam necessitatem patientibus: ipsum xp̄m negat: et Ambrosius. Quisquis enim pascē do seruare hominem poteris: si nō paueris: fame occidisti: Et hiero. Qui clementiā nō habet: nec indutus est viscera misericordie

ꝛ lachrymarum: ꝗuis spiritualis sit: nõ adimplet legẽ christi. Ob h̄ suadeo tibi abbas: vt bona ecclesię: quę vt dictum est sunt pauperum. xp̄o in pauperibus impendas. victũ eis nõ subtrahas: te ipsum misericordem ꝛ hospitalem exhibeas. Officiales ad id volũtarios ꝛ informatos assumas. Deum in hospitibus honores. In pauperibꝰ adores. In misericordię operibus glorifices: te ipsum prębe pietatis executorem pauperum amatorem elemosynarum largitorem: fidelẽ bonorum dispensatorem. vt onere deposito carnis celestem gloriam ingrediaris. Et a xp̄o quẽ susceperas: audire merearis. Quia sup pauca fuisti fidelis: intra in gaudiũ dñi tui.

¶ Caplm̄. iiij. in quo indiscretam pro temporalibus fratrum expositionem periculosam ostendit.

Circa aliam particulam huius tertię partis: quę illam negligentiam reprehendit abbatis: qua monachos leues minus ꝙ probatos: mundo indiscrete exponit. Notandum ꝙ h̄ est primo contra cenobitarum statum. Secũdo saluti contrarium animarum. Tertio videtur h̄ esse tribus professio

nis partibus derogatum. ¶ Quod istud sit contra cenobitarum statum: expresse potest videri. Innuit enim beatus Benedictus quod non separationes quam .xij. in monasteria esse debeant nec pauciores simul etiam dormiant. Et propterea vbi maior est numerus: decanos precipit per abbatem ordinari. Unde recte potest considerari: quod cum decanus debeat esse super .x: et ita est .xj. et prepositus supra decanum et ita est .xij. non debet esse minor numerus in monasterio congregatus. Preterea beatus Benedictus iudicat sarabaytas. Nec appellat cenobitas illos qui bini aut terni sine pastore sunt aut certe singuli. non dominicis sed suis ouilibus inclusi. vnde satis potes perpendere: sed considera: et attendas: quantum distat iste status a sanctissimis cenobitis. ¶ Item tales disperguntur: et lupis infernalibus exponuntur: quorum est rape: et oues christi dispergere. Unde in Joan. lupus rapit: et dispergit oues. Non pro modico: vel multo: aut aliquo temporali lucro illi qui sunt lapides sanctuarij maxime minus in monasterio probati: per mundi plateas deberent disponi. Istam dispositionem et damnabilem expositionem. Hic

erãt omnes discipuli pariter in eodem loco vsq; ibi. Apparuerũt illis dispartite lingue tanq; ignis: seditq; supra singulos eorũ. Et repleti sunt omnes spiritusctõ. Ouicula sine pastore lupi ẽ pda. Idcirco: vt est pdictum: oues congregat bonus pastor ne solas inueniat dissipator. sicut legitur in Eze. visitabo oues meas: & liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerant. Et in Ioã. saluator. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. vsq; ibi. Et fiet vnum ouile & vnus pastor. Dispersus nãq; exercitus facile vincit: qm̃ societate mutua nõ iuuatur. Et ideo dicit in Eccle. Veh soli: q: cuz ceciderit nõ hz subleuantem se. Vñ Berñ. cuidam moniali que sola cupiebat manere. Agnosco inqt filia: agnosco: & vtinam tu agnoscas serpentinum virus fraudulẽti dolũ versipellis astutiam. Et si sola ouicula vmbras penetras: pda vis esse lupo. Sz audi me filia audi fidele consilium. Nolite separare a grege: ne qñ rapiat: & non sit qui eripiat. ¶ Nõ sit etiam contra illa tria que sunt in professione contẽta attende superius: vbi agitur de illis trib⁹: & inuenies quomõ dispersio stulta: poterit eẽ

instabilitatis causa. Et qui non habet impe
rantem: nō pōt se dicere obedientem. Et qui
in seculo habitās seculariter viuit: mores ve
raciter non ꝯuertit. Suaderē igitur cessan
tibus causis: ꝛ impedimentis magis diuer
sas ecclesias ꝑuas: vnam conuentualem fie
ri: vel vbi non esset facile: partem clericis de
seruiētibus in illis: ꝛ partē monasterio reti
neri: ꝙ̄ vel minus doctos: ꝛ probatos mona
chos mūdanis periculis exponi: vel vbi pau
ci sunt ad h ydoneitate monasterio bonas per
sonas expelli. Et pro illis paleis colligēdis:
consilio: auxilio: ꝛ exemplo nudari.

Quia quę vltimo dicuntur solet esse vt
tenacius memorię commēdentur hor
tor in hac parte vltima speculi: tam patres ꝙ̄
fratres: sacrę paginę insistere lectioni. Quę
quidem est omnibus salubris ꝛ necessaria:
ꝛ nulli monacho negligenda. ¶ Et notādū
circa h: ꝙ sicut cum oramus ipsi cū deo loqui
mur sic dū sanctam scripturā legimus deus
nobiscū loquit. Idcirco sicut beatus Bene.
nos attentos esse monuit ad deuotionem ora
tionis: ita nos occupatos eē voluit in studio
lectionis. Non enim congruum esse videtur

totum tempus in psalmodia occupare: orando: ꝛ cum deo loquendo: ꝛ nonnunq̄ itẽdere lectioni: voluntatem domini: ꝛ eius benepla/citum audiendo Sicut enim deus in audiẽdo nõ est surdus orantẽ: sic nec in docendo ẽ mutus legentem. Beatus autem Bene. ad tria voluit monachum occupari: q: idẽtitas esset mater fastidij. Certis enim horis laudibus eum occupat regula diuinis: vt his deũ laudãdo ꝛ in spiritu: ꝛ veritate veraciter deũ adorando: diuinum adiutorium suscipiat. Alijs horis volens eum labori manuum insistere ad ociositatem excutiendum ꝛ necessitatibus corporis prouidendum vt labores suos comedẽdo verus monachus: ꝛ beatus fiat. Nõnullis etiam horis mandat lectioni vacare debere: vt mentez reficiat: ꝛ qui ignorabat que deo placent: vel displicent: vtrunq̄ legendo videat. Et que deo sunt placita faciat: ꝛ peccata: que deo displicent: non cõmittat. Negligẽtia etenim orõnis: facit vt quasi deũ excõicatuz reputemus: in locutione sibi nõ cõicãdo: sed ꝛ negligẽtia lectionis ostẽdit: vt quasi aures nr̃i cordis obturemus de audiẽdo vite mãdatis: ꝛ eius bñplacitis nõ

curādo. Hec duo vo pdicta in ꝯspectu dñi sunt ꝯiūcta. Et qui nō audierit: nō audiat. Et qui lectiōi intētus nō fuerit: oratio eius execrabilis habeat. sicut legit in ꝓuer. Qui declinat aurē suā ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. ¶ Vñ nota q lectio cecitatem mētis expellit. Intellectū ignorāti tribuit: Langorē mentalē sanādo deprimit. Famem spūalē remouēdo reficit. ¶ Circa primum ꝯsiderandū q cecus nullā sciam hñs: est quasi discretione carēs: que ꝑbet aie: vt auriga ducatū: quā etiā pater nr matrē appellat virtutū. Rex.n. honorabilis deus non cecitatē elegit in mōacho: sed habētē discretionis habitū: vel iudicium diligit. Vñ psal. Honor regis iudicium diligit. Nec est acceptabilis cecus regi regū: vtpote inutilis. Sz qui eius mādata vidēdo intelligit est ei gratus: et acceptabilis. Unde in ꝓuer. Acceptus est minister regi intelligēs: iracūdiam eius inutilis sustinebit. Nam qui obscuratū hñt intellectū in tenebris ambulāt: et cecitatē cordis patiunt: et a via dei per ignorātiā alienātur. Et hoc per verba apli dei: ad Ephe. colligunt. Hoc inqt igit dico: et testificor in dño.

vt iam nō ambuletis: vt gētes ambulant in vanitate sensus sui: tenebris obscuratū3 hñ/tes intellectū: alienati a via dei: per ignorātiā que est in illis: ꝓpter cecitatē cordis ipsoꝝ. Et qđ malū ex cecitate ista ꝓueniat imedia te seqtur. Qui desperantes semetipsos tradide rūt impudicitię: in operationem immūditię: omnes in auaritiam. Hanc quidem cecita/tem deus illuminat dum per lectiones ser/mones suos declarat: ꝛ paruulorum sensui intellectu3 spiritualem pstat sicut dicit psal. Declaratio sermonum tuoꝝ illuminat ꝛ in/tellectū dat paruulis. Cecitatē aūt spūalem habentes ꝛ intellectualibus oculis carentes dñs in marco repꝛhendit dicēs. Nōdu3 eni3 intelligitis: nec cognoscitis adhuc: cor vestrū cecatū habetis: oculos habētes nō videtis: ꝛ aures habentes nō auditis. Vñ nota. ꝙ vbi non est scia ibi sunt sordes peccatorū ꝛ imū/ditia: sicut legiť in Ose: Nō est scia dei in ter ra maledicta ꝛ mēdaciū ꝛ homicidiū ꝛ fur tum ꝛ adulteriū imūdauerūt: ꝛ sanguis san guinē tetigit. ¶ Circa h etiā nota ꝙ igenio/sus nō d3 a lectione cessare imo d3 talentum sibi creditū multiplicare: vt magis itellect•

pficiat:nec igenio tardus:vt p legēdo ꝛ opeꝛaꝫ lectioni dando ꝛ scripturā scām adamādo:quē nō hꝫ intellectū:acquirat. Amoꝛ. nꝫ diuini verbi:virtutē acqrit intelligendi. habenti enim vnū mirificū deus dat reliquuꝫ. Vñ sup illud marci. Qui hꝫ dabit ei:ꝛ q nō hꝫ etiaꝫ qꝺ videtur habere:auferet ab eo:dicit beda. Tota intētione verbo qꝺ auditis reminiscendo ꝛ scrutando operam date. Quia q amoꝛem habet verbi:dabitur etiaꝫ sensus intelligendi:qꝺ amat. Et qui verbi amoꝛem non habet audiendi etiā si naturali ingenio: vel litterarū sibi callere:videt exercitio nulla verę sapiētię dulcedine gaudebit. Et post pauca. Nōnunqꝫ lectoꝛ ingeniosus negligēdo se pꝛiuat sapientia:quaꝫ tardus ingenioꝛ sed studiosus:elaboꝛando degustat. ¶ Pꝛęterea lectio in qua sermo dñi est mentales infirmitates sanat:ꝛ a moꝛte spirituali liberat psal. Misit verbū suum ꝛ sanauit eos ꝛ eripuit eos de interitu eoꝛum. Nulla enim medicina carnalis infirmitatem sanat mentalē:ſꝫ verbū dei tm̄ sanat interioꝛē hoīem. Vñ in li. Sapię. In memoꝛia enim sermonoꝛū tuoꝛum exterminabant:ꝛ velociter sanabantur:ne

tur:ne altera incidentes obliuionem nō pos-
sent tuo vti adiutorio. Etenim neqꝫ herba:
neqꝫ malagma. sanauit eos: sꝫ sermo tu⁹ dñe
qui sanat omnia. Multa eni꞉ ꝯsilia salutis
sunt in sacra scriptura: Et ideo salus dꝫ reꝗ
ri in ea: vt dr̄ in ꝓuerb. Ibi salus: vbi multa
consilia. Cōsequens igr̄ esse videt: vt vbi nō
sunt ꝯsilia: ibi salus nulla. ¶ Itē. fames spi
ritualis est verbi dei carentia: quā deus con
tra pctōres imittit ex indignatione sua mul
ta: de hoc dicit in amos. Ecce dies veniunt di
cit dñs: ⁊ emittam famē in terra: non famē
panis: nec sitim aquę: sed audiendi verbum
dñi. Sed qui in messe sacrę scripturę ꝯgre-
gat sapienter ab hac fame liberatur miseri
corditer: sicut legit̄ i ꝓuer. Nō affliget dñs
fame aiam iusti. Et ita vsqꝫ ibi. qui cōgre-
gat in messe: filius sapiēs est. Diuitię nāqꝫ
sacrę famem istam excludere possunt: ⁊ re-
gales delitias in se intendētibus impendūt.
Aser enim diuitię interpretatur. de quo in
Gen̄. legitur. Aser pinguis panis eius: ⁊ ꝓ-
bebit delitias regibus. In hac enim est cib⁹
deliciosus vitę. s. ⁊ intellectus. Iste panis sa
crę scripturę est sine labore paratus: delecta

biliter cōditus omnem suauitatem saporis continens: ꝛ interioris hominis voluntati deseruiens. Non est autem hec delectatio terrestris: sed cibus in via celestis. De hoc in li. Sapiētie legitur. Panem de celo paratum p̄stitisti eis sine labore: omnem delectamentum in se habētem: ꝛ omnis saporis suauitatē. Et post pauca. Et seruiens vniuscuiusqꝫ volūtati: ad qd̓ quisqꝫ volebat ꝯuertebatur. Nec mirum si est delectabilis sacre scripture panis: seu lectio. Nam, eius recta expositio: est mentis oculorum apertio: ex qua sequitur diuina cognitio. Unde in Luca. Factum est dum discumberet cum illis: accepit panem ꝛ benedixit. Usqꝫ ibi. Apti sunt oculi eorum: ꝛ cognouerunt eum in fractione panis. ¶ Ad premissa vero notare possumus ꝙ ex defectu ꝛ negligentia lectionis: Consequitur vilipensio grauium peccatoꝝ: Cōculcatio sacramentorum: Omissio maximorum. Et appciatio minimorum. ¶ Circa primum expertus sum ꝙ in quibusdam regionibus: ꝛ religionibus nonnulla peccata grauissima propter ignorantiam sacre scripture: ꝛ canonuꝫ sunt reputata minima vel

nulla. Inter quę dum symonię flagitiũ nõ cognoscebatur: monachos recipiendo: beneficia conferendo administrationez spiritualem fratribus cõmittendo: non vitabat publice: sed cõmittebatur. Hoc autem scelus ita grauissimum esse noscitur: q perpetrantes per sacros canones heretici iudicantur. Ipsa symonia heresis appellatur: ꝛ inter excepta crimina numeratur. Intãtũ q quilibet ad testificandum contra symoniacum: ꝛ etiam meretrix admittatur. Lege decretũ ꝛ decretalium de symonia rubricam: ꝛ inuenies h pessimum ꝛ detestabile vitium a deo ꝛ sanctis patribus ꝛ a summis pontificibus grauiter persecutum pęnis. ꝛ sententijs. Ad quidem nõ bene intelligit qui sacris scripturis: ꝛ sanctorum canonũ lectionibus non intendit. Cuius detestationem ille potest considerare: qui lectioni instando diligenter vult attendere filium dei contra illos ementes ꝛ vendentes: quasi totam suam mansuetudinem deposuisse: ꝛ flagellum de funiculis ad illos flagellandos fecisse eorũ cathedras euertendo: eorum pecuniam effundendo: ipsos a templo patris expellendo ac eos latro-

nes publice appellando. Quis dum hoc dili‑
genter attenderet legendo: in tam detestandū
facinus incidere ausus esset? Posito autem
exemplo de symonia in sacra scriptura: sin
gula vitia sub penis et terroribus maximis
a deo phibita et sentētijs in eo prolatis acer‑
rime iudicatur: qui non legit: vel a predicato
re non audit: plene non considerat nec atten
dit: et in ipsis ea vilipēdēs offendit. ¶ Pro
uenit etiam conculcatio sacramentorum: ex
omissione lectionis ob defectum deuotionis.
Quia sumentes vel conficientes virtutem eo
rum veritatem non agnoscunt et ideo ad ea
irreuerenter et non purificati accedūt. Nō
enim attendunt ad sacramentum altaris: q
sit in eo sacramentaliter corpus verum: et ve
rus saluatoris sanguis: et plenitudo diuini‑
tatis cum veritate humanitatis. Quod si le
gerent: et periculum indigne sumentium: et
conficientium attenderent: non irreuerenter
nec impurificati accederent. Sunt enim illi
qui hec non considerant nec attendūt: sicut
animalia discretione carentia: qui nec in sa‑
cris inspiciunt dignitatem: nec in rebus opti
mis preciositatem. Tales porcis et canibus

comparantur quibus preciosa dari et sanctissima prohibentur in matth. Nolite sanctum dare canibus: et margaritas nolite spargere ante porcos. Consideretur igitur ex sacra lectione dignitas sacramentorum: et utilitas eorundem. Et qd digne sumens sacramenta altaris: efficitur de corpore sancte matris ecclesie: et peccatis non impedientibus christo mirabiliter unitur: et unus cum eo spiritus efficitur: et qui ad hoc accedit indign'et et irreuerenter seipsum occidit crudeliter. Dum sibi iudicium manducat: quia hoc propter ignorantiam non diiudicat. Et quantum in ipso est: mortem procurat saluatoris. Unde apostolus ad Corinthios. Quicunque manducauerit panem hunc: et biberit calicem domini indigne: iudicium sibi manducat: et bibit non diiudicans corpus domini. Ibi glo. Ambro. Mortis christi penas dabit: et ac si christum occiderit: punietur. Quid enim aliud est sacramentum dominici corporis indigne: vel irreuerenter sumere: qd ipsum pedibus irreuerentie conculcare? Ideo saluator conqueri potest de tribus: ut de inimicis mortalibus, secundum illud psalmiste

Conculcauerunt me inimici mei tota die. Unde ecclesia sanctorum potest conquerendo illud dicere domino: quod dicitur in libro Mach. Conculcauerunt sancta tua domine: et contaminata sunt. Hoc autem: vt pretactum est: non faceret: qui dignitatem sanctorum sacramentorum attenderet: et eorum vtilitatem ac preciositatem sacris lectionibus didicisset. ¶ Preterea ex omissione lectionis ignorantia talis accidit: quod quis minima magna: et maxima minima esse credit. Templum enim domini sanctum quod sumus nos: et christi sponsa que est fidelis anima polluitur: et propter ignorantiam scripturarum de ipsius immunditia non curatur. Diabolus enim qui est adulter animam illuminatam per assiduitatem lectionis: non de facili trahit ad consensum pollutionis. Ipse autem vt trahat ad actum immunditie: obseruat caliginem ignorantie. sicut legitur in Job. Oculus adulteri obseruat caliginem dicens: non me videbit oculus. Hoc igitur maximum ab ignorante reputatur minimum: quod ignorante anima que fuerat christi sponsa: viliter prostituatur: et ipsius

adulteri meretrix efficiatur. Nec est modi
cus error: quod parietes materiales multa cu/
riositate depinguntur: et vilipensis spiritua
libus curiose ornantur. Ut magis legat cu/
riosus monachus in parietibus: quam in codi/
cibus. In quo si non puderet curiositatem:
tederet vtinam expensarum sumptuositatem.
Que enim essent pauperibus eroganda: et
in charitatis operibus expendenda: ponun
tur in parietib⁹ fatua curiositate omissa ne
cessaria sancta et vtili charitate. Hoc repre/
hendit beatus Bernardus inquiens. O va/
nitas vanitatum: sed non tam vanior quam insanior.
Fulget ecclesia in parietibus: et in pauperi/
bus eget. Suos lapides induit auro et suos
filios nudos deserit. De sumptibus ege/
norum seruitur oculis diuitum: inueniunt
curiosi quo delectentur: et non inueniunt mi
seri vnde sustentetur. Idem. In claustro co
ram legentibus fratribus quid facit illa ri/
diculosa monstruositas: misericordia quidem
deformis formositas ac formosa deformitas.
Quid immunde symie: quid feri leones: quid
maculose tigrides quid milites pugnantes
quid venatores tubicinantes? Uideas sub vno

capite multa corpora ꝛ rursus in vno corpore multa capita. Tā multa deniq̄ tanq̄ mira diuersarum formarum apparet ibi varietas vt magis libeat legere in marmoribꝰ q̄ in codicibus. Totumq̄ diē occupare: singula ista mirando: q̄ in lege domini meditando. Proh dolor si non pudet ineptiarū cur non pigeat expensarum. Idem. Oratorium immense altitudines immoderate lōgitudines: superuacue latitudines sumptuo se depolitiones curiose depictiones dum in se orantium, retorquent aspectum impediūt ꝛ affectum. Attende igitur si illa non videntur consideratione debita ex quibus anima christi sponsa deo subtrahitur: vt ab inferna li adultero corrumpatur. Et illa maxima negliguntur que animā ad deo placendum componunt: ac hospitium mentis ad dei habitationem ordinant ꝛ disponunt. Quā maxima est iactura ꝛ q̄ fatua ꝛ periculosa cura. Minima curiose componere: ꝛ multis sumptibus adornare que solos oculos pascant corporis: ꝛ ex quibus sumptibus fatuis subtrahitur victus egenis. Quantus est illuminationis defectus ꝛ q̄ stulta ignorantia

quia quis delectatur in superuacua & vana pictura: & nulla delectatio apponit in sacra scriptura. Suadeo enim non curare de istis minimis & intentionem ponere in perpetuis & magnis. Illa quidem admonet sacre scripture lectio pro nihilo ducenda & hec omni amoris studio amplectenda. Quo circa lectionem ama: studium frequenta: in ipsis te occupa: vanitates deuita: in ipsa lectione te ipsum debita consideratione circumspice: saluatorem tuum tota intentione contemplare. Ut quem vides nunc in enigmate per scripture speculum: videas facie ad faciem in eternum. Amen.

¶ Explicit Speculū. D. Bernardi abbatis casinēsis de his ad q̄ in ꝓfessiōe obligat̄ monachus exactissime reuisuz

¶ Incipit priuilegium. D. Urbani pape scdi de corpe sancti Bndicti: qualiter vere requiescat i monasterio Casinési: et qualr ab eodé btissimo bndicto fuerit libat⁹: et q̃lr ét ↄsti tuit q nullᵘ alio eũ eé dicat vel credat. Et eiusdé priuilegij per Clemété. iiij. ↄfirmatio



Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs abbati et conuentui monasterij casinensis ad romanaʒ ecclesiam nullo medio pertinétis. Salutem et apostolicaʒ benedictionem. Priuilegium felicis recordationis Urbani pape scdi predecessoris nri. qd monasterio vestro cócessum: nobis tu fili abbas humilr pñtasti: diligéter inspeximus. Et quia illud incepat nimia vetustate consumi: tenorem ipsius de verbo ad verbum: presentibus fecimus annotari: qui talis est.



Urbanus episcopus seruus seruorum dei: omnibus ecclesie catholice filijs redéptoris nostri sanguine preciolo redemptis. Salutem et apostolicam benedictionez. Scriptuz est.

sine penitētia sunt dona ꝛ vocatio dei. Illud ḡo donum quod deus omnipotens beatissimo patri Benedicto: ꝛ per eum suo casinensi concessit cenobio: nulla potest ratione conuelli: nulla violentia ꝑmutari: quin ipse omnium monachorum pater: ꝛ eius iam dictū casinense monasterium caput omniū perpetuo habeatur: ꝛ merito: Nam ex eodem loco de Bñdicti pectore monastici ordinis veneranda religio: quasi de paradisi fonte manauit: quem etiā idem venerabilis pater virtutibus ꝛ sua corporali requie: memorabilē toto orbe effecit. Cuius dum sacratissima limina more prędecessorum nostrorum ipso die vigiliarum eiusdē patris visitassemus: consuetudinario lateris dolore attracti ad extrema deuenimus. Quūq₃ salutis spes iā funditus nobis adimi videretur: ꝛ de corporali eiusdem patris in eodem loco pręsentia in animo nostro dubietas versaretur: nocte qua eiusdē patris agebatur solēnitas. Idē sanctus Benedictus nostrę exiguitati visibiliter apparens dixit. Cur de nostra corporali pręsentia dubitas? Quem dum qs esset interrogassem: rñdit. Ego sum frater Bñ

dictus huius Casinēsis cenobij custos ⁊ ha
bitator in sempiternū: Quare aūt tu me hic
dubitasti quiescere? Id ne ampli⁹ dubites:
meūqꝫ hic sororisqꝫ meę corpusculū quiesce
re credas. Hoc tibi signū erit. Quū pmum
nocturnale officiū pulsatuꝫ fuerit: vlterius
dolore isto non laborabis: ⁊ his dictis dispa
ruit. Adueniēte aūt hora: iuxta qḋ sanctus
dñi dixerat: sanitati pstinę redditi cuꝫ epis
⁊ cardinalibus deo ⁊ scissimo ɔfessori Bñ
dicto grates pmaximas referentes: eiusdeꝫ
festiuitatē digna cuꝫ veneratione pegimus.
Obquā rem rogamus ⁊ obsecramus in do
mino iesu: qui pro nostra salute incarnaris
⁊ mori dignatus est: ⁊ ex auctoritate beati pe
tri aplorū principis: cuius vice Ro. ecclesię
psidemus: ⁊ in virtute spūs sancti pręcipi
mus: ne qs vlterius falsam beati pris Bñ
dicti translationē celebrare psumat. Cōtra
dictoribus huius nri aplici ɔstituti diuinuꝫ
iudicium intētantes: ⁊ anathematis iudicio
innodantes. Et qꝛ ex dispensatione sacri se
dis beati Petri aplorꝫ principis: cui deo au
ctore licet indigni administramus: toti⁹ do
minici gregis curam gerere pastorali sollici

tudine cōpellimur: Casinensi cōgregationi diuino cultui perpetuo mancipate tanto nos plus debere cognoscimus: quanto per patrē Benedictū: nos pristine sanitati redditi sumus: et illos ab omni seculari ingetudie cōuenit esse remotos: quatenus fidelis mens expedita impedimentis mūdialibus: interius et exterius insistat creatoris sui laudibus: et nos sanctorum orationū suffragijs onere subleuemur. Quocirca sequentes statuta predecessorum nostrorum: confirmamus in perpetuum sancto casinensi cenobio quicquid a temporibus iusti et iustiniani imperatorum vsque ad hunc diem eidem loco per totum orbem terrarum oblatum: concessum: vēditum: vel cōmutatum est: siue que amodo et in futurum tempus iuste atque canonice poterit adipisci. Confirmātes insuper omnia priuilegia romanorum pōtificum: precepta imperatorum: regum: marchionum: ducum: principū: et oblationes quorūque fidelium: beato Benedicto: et per eum suo casinensi cenobio concessas. Si qua in crastinum ecclesiastica secularisue persona nostre constitutionis paginā sciēs contra eam temere venire tēptauerit: secun-

do ⁊ tertio cõmonita: si non satisfactione cõgrua emendauerit: potestatis: honorisq; sui dignitate careat: reũq; se existere diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat: Et altissimo ⁊ sacratissimo corpore ⁊ sanguine domini dei: ⁊ domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat: atq; in extremo examine districte vltioni subiaceat. Cũctis autem eandem iuste seruãtibus sit pax domini nostri iesu christi: quatenus ⁊ hic fructum bone actionis percipiant: ⁊ apud diuinum iudicium eterne pacis pmia inueniãt. Dat. Capue kal. aprilis: per manus Joãnis cardinalis inditione. xiij. Anno dñi. M. xciij. Pontificatus vero domini Urbani secundi anno nono.

Venetijs impressum q̃ diligentissime per Nobilem virum Lucantonium de giunta florentinum felicibus diui martyris Georgij auspicijs. Anno incarnatiõis dominice: quingentesimoquinto supra millesimum. Tertio idus martij.

